**1** trusi sum su *om.* I  **4** *om.* $P_1$  **5** cis ⟨inde truciter adverbium⟩ H  **6** um ⟨.i. trux⟩ H / comparatur: componitur *Mai* / truculentior truculentissimus *om.* φ  **7** truculente ... truculentissime *om.* φ / truculente ⟨vel truculenter⟩ H  **9** trucido: truculo φ / as ⟨.i. truciari⟩ $M_1A$ / .i. ⟨interficere vel⟩ H / cruciari: cruciare ⟨vel cruciter cedere⟩ $P_1$  **10** ni ⟨unde trutannicus a um⟩ $P_1$ **11** lingua: lingula $M_1A$  **12** equipendere: equipondere A equiponderare I *om.* $P_1$ / Persius ... verba *om.* I / cum *om.* $P_1$ / secum *om.* $HP_1$  **13** is ⟨obtrudo, retrudo⟩ $P_1$  **14** intrudo ⟨extrudo⟩ I  **15** contrudo ⟨dis, retrudo dis, extrudo dis⟩ H / verbalia ⟨et extrudo⟩ $P_1$ T xxxii

*586 M.*

T xxxiii [1] **Tirannus** ni, [2] inde hic **tirannulus** li, [3] et **tirannicus** a um, [4] unde **tirannice** adverbium, [5] et hec **tirannia** e, [6] et hec **tirannis** dis, [7] et hic **tiro** onis .i. novus miles, [8] unde hic **tirunculus** li, [9] et hoc **tirocinium** nii.

T xxxiv [1] **Tam** coniunctio, [2] inde ut quidam volunt **tantus** a um, [3] unde **tantum** adverbium, [4] et **tantulus** a um, [5] et **tantillus** a um ambo diminutiva, unde Ambrosius super Egisippum cui te moritura credam, aut cui te tantillum relinquam? [6] Tantus componitur **tantundem,** [7] et **tantisper** .i. interim interea, Plautus in aularia tantisper ego hic ad ianuam concessero. [8] Tam componitur **tametsi**.

T xxxv [1] **Torpeo** es pui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **torpidus** a um, [3] et hic **torpor** oris, [4] et hec **torpedo,** [5] et **torpesco** cis. [6] Torpeo componitur **contorpeo** es.

T xxxvi [1] **Trans** prepositio, [2] inde hoc **transtrum** tri .i. sedes navigantium, Persius cena sit in transtro, vegentanumque rubellum; [3] et secundum quosdam hic et hec **tranquillis** et hoc tranquille. [4] Dicitur a trans hec **tranquillitas** tis, [5] et **tranquillo** as .i. pacificare, Plautus in captivis cuius numquam vultum tranquillavit. [6] Hinc etiam plurime partes dirivantur per compositionem sicut sunt iste **transio** is, [7] **transnato** as, [8] **transvolo** as, [9] **transmeo** as de quibus in suis locis sufficienter egimus.

---

T xxxiv 5 *non repperi* 7 Plaut. *aul.* 666: tantisper huc ego ad ianuam concessero

T xxxvi 2 Pers. V 147: cena sit in transtro, veientanumque rubellum 5 Plaut. *capt.* 106: quoius numquam voltum tranquillavi

---

T xxxiii 2 li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ 7 miles ⟨et hoc tirannum ii⟩ I 8-9 *om.* I 8 li ⟨diminutivum⟩ H 9 nii ⟨.i. novi militis exercitium, et tirocinor naris .i. novam militiam gerere⟩ H

T xxxiv 1 coniunctio: adverbium $P_1$ 2 ut quidam volunt: secundum quosdam $P_1$ 3 *om.* $IM_1A$ 4 *ad* 5 *post* um I 5 Ambrosius: Augustinus I / cui ... aut *om.* $P_1$ / te moritura: te morituro I moritura $P_2$ / credam *om.* I / te tantillum: tantillum $P_1$ 6 tantus: tantum H 7 .i. ... tantisper *om.* I / interim (*Mai*) ⟨intantum⟩ $V_1H$ / aularia: aurelia φ *om.* $P_1$ / ego hic *om.* $P_1$ / concessero: concesso $P_1$ 8 tametsi ⟨.i. quamvis⟩ H

T xxxv 4 torpedo ⟨dinis .i. torpor⟩ H 5 cis ⟨incoativum⟩ $P_1$ 6 contorpeo: intorpeo $M_1$ / es ⟨retorpeo pes, et ab hiis verbalia⟩ H

T xxxvi 2 navigantium: remigantium φ ⟨in navi⟩ H / transtro: transtris $P_1$ / vegentanumque: vegetantiumque $V_1$ veietantanumque *Mai om.* $IP_1$ / rubellum: rebellum A ⟨exalet vapida lesa pice sessilis obba⟩ H *om.* $IP_1$ 3 quosdam ⟨tranquillus a um⟩ $P_1$ / hic ... trans ⟨unde tranquillus la lum et⟩ H *om.* $P_1$ 5 pacificare ⟨unde tranquillus a um⟩ I / in captivis *om.* $P_1$ / cuius: qui $P_1$ / vultum *om.* $P_1$ / tranquillavit: tranquillum I 6 plurime *om.* $P_1$ / dirivantur: derivari possunt H / sunt iste: ut $P_1$ *om.* I / transio is: transeo ⟨transmito et cetera⟩ $P_1$ 7-9 *om.* $P_1$ 7 *om.* I 9 transmeo as *post* 7 H *om.* I / in ... egimus: supra diximus I

*586 / 587 M.*

[1] **Turgeo** es turgui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **turgenter** adverbium, [3] et **turgidus** a um, [4] unde **turgidulus** a um .i. aliquantulum turgidus, [5] et hic **turgor** oris, [6] et hec **turgiditas** tis ambo in uno sensu, [7] et hoc **tergum** gi, [8] et hoc **tergus** oris ambo pro dorso, [9] et inde **tergoreus** a um, [10] et per compositionem **tergiverso** as .i. in diversas partes vertere, [11] unde hic **tergiversator** oris .i. versipellis et deceptor, [12] et hec **tergiversatio** onis .i. deceptio. [13] Item a turgeo hoc **turgiolum** li .i. vas inferius grossum et turgidum, [14] et **turgesco** is, [15] quod componitur **inturgesco** cis. T xxxvii

[1] **Torreo** es rui tostum tu verbum activum .i. comburere, unde Theodolus E t h i o p u m  t e r r a s  i a m  f e r v i d a  t o r r u i t  e s t a s; [2] et inde **torridus** a um, [3] et **tostus** a um ambo in uno sensu, Ovidius metamorphoseos in secundo t o s t o s  e n  a s p i c e  c r i n e s, [4] et **torresco** is, [5] et hic **torris** is pro ticione, unde in Zacharia h i c  e s t  t o r r i s  e r u t u s  d e  i g n e, [6] et inde hic **torriculus** .i. parvus torris. [7] Et secundum quosdam hic **torrens** tis dicitur a torreo per antifrasim .i. per contrarium quia torrens non torret .i. non fervet sed potius fervorem extinguit. T xxxviii

[1] **Tenuis**, [2] inde **tenuiter** adverbium, [3] et hec **tenuitas** is, [4] et **tenuo** as, [5] componitur **attenuo** as, [6] et **extenuo** as, unde verbalia. [7] Tenuis componitur **quamtenuis**, [8] et **pertenuis** .i. valde tenuis. T xxxix

---

**1** Theodul. *ecl.* 1 **3** Ov. *met.* II 283 **5** *Zach.* III 2: iste torris est erutus de igne

---

T xxxvii *post* T xxxix $P_1$

**2** inde ⟨hic et hec et hoc turgens tis, a quo⟩ H **3** um ⟨quod comparatur turgidior turgidissimus, unde turgide turgidius turgidissime adverbia⟩ $HP_1$ **4** .i. aliquantulum turgidus *om.* $P_1$ **7** tergum: turgum A **8** ambo pro dorso: idem $P_1$ **10** tergiverso as: tergiversor aris $M_1A$ / diversas partes: diversam partem $M_1$ ⟨se⟩ H ⟨tergum⟩ $P_1$ **11** versipellis et *om.* $P_1$ **12** .i. deceptio ⟨et a tergo tergo gis tersi, unde verbalia, et hoc tersorium rii, et hec tergilla le ambo in uno sensu, et per compositionem hoc manutergium gii .i. illud unde manus tergimus, et hoc facitergium gii unde faciem. Tergo componitur abstergo gis, pertergo gis, retergo gis, detergo gis, contergo gis, et ab hiis verbalia⟩ H *om.* $P_1$ **14** is ⟨incoativum⟩ $P_1$

**1** activum: neutrum $P_1$ / .i. comburere ... estas *om.* $P_1$ / estas ⟨et inde tostor toris, et hec tostrix cis⟩ **2** *ad* 3 *post* um H **3** ambo ... sensu: idem $P_1$ / metamorphoseos in secundo *om.* $V_1AP_1$ **5** ticione: ustione $P_1$ / unde ... igne *om.* $P_1$ / est *om.* I **6** .i. parvus torris: diminutivum $IP_1$ **7** tis ⟨aquarum rivus ex glace et ex nivibus in montibus liquefactis collectus⟩ $M_1A$ ⟨nam cito torret et excitatur quasi torrens habundantia aquarum ex inundatione procedens pluviarum vel⟩ $P_1$ / .i. per contrarium *om.* $\varphi P_1$ / non torret .i. *om.* $M_1P_2$ / potius *om.* $P_1$ / extinguit ⟨torreo componitur pertorreo res, retorreo res, contorreo res, et ab hiis verbalia⟩ H T xxxviii

T xxxix *post* T xxxiv $P_1$

**1** tenuis ⟨et hoc tenue comparatur tenuior tenuissimus⟩ H ⟨e et debet facere comparativum tenuior sed causa eufonie dicitur magis tenuis tenuissimus⟩ $P_1$ **2** tenuiter ⟨tenuitius tenuissime⟩ H **6** extenuo as *om.* $P_1$ **8** .i. valde tenuis *om.* $P_1$ / .i. ⟨ambo pro⟩ H

T xl [1] **Tepeo** es pui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **tepidus** a um, [3] et **tepide** adverbium, [4] et hec **tepiditas** tis, [5] et hic **tepor** oris, [6] et **tepesco** is, [7] quod componitur **intepesco** is, [8] et **distepesco** is. [9] Tepeo componitur **intepeo** es, [10] et **tepefacio** cis, unde verbalia.

T xli [1] **Timeo** es timui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **timidus** a um, [3] et hec **timiditas** tis, [4] et hic **timor** oris, [5] unde **timorosus** a um, [6] et **timorose** adverbium.

T xlii [1] **Tedet** verbum defectivum, [2] inde hoc **tedium** dii, [3] et hoc **tediolum** li diminutivum, [4] et **tediosus** a um .i. tedio plenus, [5] unde **tediose** adverbium. [6] Tedet componitur **distedet** .i. valde tedet, Plautus in Amphitrione haut quamquam tui me neque domi distedeat.

T xliii [1] **Tollo** is verbum activum et mutuat preteritum et supinum a verbo fero, [2] inde hic **tolus** i .i. templi summitas. [3] Et componitur **sustollo**, [4] **attollo**, [5] **extollo** is, [6] unde **extollenter** adverbium, [7] et **extollentia** e .i. superbia.

T xliv [1] **Truncus** ci, [2] inde hic **trunculus** li, [3] et **trunco** as, [4] quod componitur **detrunco** as, [5] et **obtrunco** as, et ab istis verbalia.

---

6 Plaut. *Amph.* 503: hau quod tui me neque domi distaedeat

---

T xl **2** um ⟨quod comparatur tepidior tepidissimus⟩ H **3** tepide ⟨tepidius tepidissime⟩ H **4** tepiditas: tepeditas $M_1$ **8** *om.* I **10** unde verbalia ⟨et tepefio fis⟩ H *om.* $P_1$

T xli *post* T xii $P_1$
**1** netrum: activum $M_1P_1$ **2** um ⟨quod comparatur timidior timidissimus, unde timide timidius timidissime adverbia⟩ $HP_1$ ⟨et timide adverbium⟩ φ **5** unde ⟨timoratus ta tum .i. timorem habens et⟩ H / um ⟨.i. timore plenus⟩ $HP_1$ **6** *om.* I / adverbium ⟨timeo componitur pertimeo mes, unde Ovidius epistolarum [*her.* XX 1] pertimui scriptumque tuum sine murmure legi⟩ H ⟨Timidus componitur intimidus. Timeo componitur pertimeo, extimeo, unde pertimesco, et extimesco incoativa⟩ $P_1$

T xlii **4** .i. tedio plenus *om.* I **6** Plautus ... distedeat *om.* H / in Amphitrione *om.* $P_1$ / haut quamquam: haudquaque $V_1$ haud $P_1$ / tui *om.* I / neque: nec $IM_1A$ *om.* $P_1$ / domi *om.* $P_1$

T xliii **1** is ⟨tuli latum tu⟩ H / mutuat: mutat $P_1$ / et supinum ⟨nam quandoque habet sustuli quandoque abstuli et sunt illa supina⟩ $P_1$ *om.* I / a verbo fero *om.* $P_1$ / fero ⟨.i. tuli et sublatum tu⟩ I **2** *om.* $P_1$ / tolus: tollus $P_2$ **4** *om.* $P_2$ **6** unde ⟨extollens quod comparatur extollentior extollentissimus⟩ H / extollenter ⟨extollentius extollentissime⟩ H **7** superbia ⟨a quibus verbalia⟩ $P_1$

T xliv **3** as ⟨.i. scindere⟩ H ⟨activum⟩ $P_1$ **4-5** *om.* I **5** as ⟨ambo in uno sensu .i. decurtare vel abscidere⟩ H / et ... verbalia *om.* $M_1$

*588 M.*

[1] **Tempto** as, [2] inde **temptator**, [3] **temptatus**, [4] **temptatio**, [5] et hoc **temptamen** nis, [6] et hoc **temptamentum** ti. [7] Temptatus componitur **intemptatus**. [8] Tempto componitur **attempto** as, [9] **retempto** as, [10] **pertempto** as, et ab istis verbalia. T xlv

[1] **Tempno** nis tempsi temptum tu verbum activum, [2] et componitur **contempno** nis, [3] unde hic **contemptor** oris, [4] **contemptus** a um, [5] **contemptio** nis, [6] et **contemptuosus** a um, [7] unde **contemptuose** adverbium, [8] et hic et hec **contemptibilis** et hoc contemptibile, [9] unde **contemptibiliter** adverbium. T xlvi

[1] **Tolero** as, [2] inde **toleratus**, [3] **toleratio**, [4] **tolerabilis**, [5] quod componitur **intolerabilis**, [6] unde **intolerabiliter** adverbium. T xlvii

[1] **Tropus** pi .i. figura, [2] inde **tropicus** a um, [3] et **tropice** adverbium, [4] et per compositionem hec **tropologia** e .i. excusatio, [5] quod aliter dicitur hec **apologia**, [6] et inde **apologeticus** .i. sermo excusatorius. T xlviii

[1] **Triumpho** phas, [2] inde hic **triumphator** oris, [3] et **triumphanter** adverbium, [4] **triumphatus** a um, [5] hic **triumphus** i. T xlix

[1] **Titubo** as, [2] inde **titubanter** adverbium, [3] et **titillo** as .i. titubare, [4] unde **titillicus** a um .i. titubatione plenus. T l

---

1 as ⟨verbum activum⟩ H 2 temptator ⟨ris, et hec temptatrix cis⟩ H 4 temptatio ⟨et hic temptatus tus tui⟩ H 5 *om.* H 6 ti ⟨et hic et hec temptabilis et hoc temptabile⟩ $HP_1$ T xlv

1 temptum tu ⟨.i. spernere, unde Claudius Claudianus [XXVI 647] d i s c i t e v e s a n e R o m a m n o n s p e r n e r e g e n t e s (tempnere *s.l.*)⟩ H *om.* $P_1$ 2 nis ⟨in eodem sensu⟩ H 3 oris ⟨et hec contemptrix cis⟩ H 5 nis ⟨et hic contemptus tus tui⟩ $HP_1$ 6 contemptuosus : contemptiosus H contemptosus I 7 contemptuose: contemptiose H contemptose I 9 adverbium ⟨et hec contemptibilitas tis⟩ H T xlvi

1 as ⟨ratum tu verbum activum .i. permittere pati, unde hic tolerator ris, et hec toleratrix cis⟩ H 2 inde ⟨tolerator⟩ I 3 toleratio ⟨nis, et hec tolerantia e .i. patientia⟩ H 4 tolerabilis ⟨a quo tolerabiliter adverbium⟩ H 5 quod: et *Mai* / intolerabilis ⟨intolerabilior intolerabilissimus Iuvenalis [VI 460] i n t o l e r a b i l i u s n i h i l e s t et cetera; unde intolerantia, et intoleranter adverbium⟩ $P_1$ 6 *om.* $V_1P_2P_1$ T xlvii

2 um ⟨.i. figurativus⟩ H 4 .i. ⟨sermo figurativus vel⟩ H 6 sermo *om.* H T xlviii

1 phas ⟨ui atum tu verbum neutrum⟩ H ⟨verbum activum⟩ I 2-3 *mutato ordine* $P_1$ 2 oris ⟨et hec triumphatrix cis⟩ H 3-4 *mutato ordine* $HP_2$ 3 *om. Mai* / adverbium ⟨et hic triumphus phi, et hic et hec triumphalis et hoc le, unde triumphaliter adverbium⟩ H T xlix

1 as ⟨bavi batum tu verbum neutrum, a quo hic titubator ris, et hec titubatrix cis, et hec titubatio nis, et hic et hec titubabilis et hoc titubabile⟩ H ⟨neutrum⟩ $P_1$ 3 titillo: titullo $P_1$ / titubare ⟨vel commovere⟩ H 4 titillicus: titullicus $P_1$ T l

589 M.

T li [1] **Theos** grece Deus latine, [2] inde hec **theoteta** te .i. deitas, [3] et **theoticus** a um .i. divinus, [4] et hic **theologus** gi .i. de divinis loquens, [5] unde **theologicus** a um, [6] et **theologice** adverbium, [7] et hec **theologia** e.

[1] Tenellus, aliquantulum tener.
[2] Temetum, vinum, merum, temulentia, ebrietas.
[3] Temulentus, ebrius. In libro regum estimavit eam Heli temulentam esse.
[4] Trene, lamentationes, unde trene Ieremie dicuntur.
[5] Tenabulum, venabulum.
[6] Tentigo, secretior pars vulve. Iuvenalis rigide tentigine vulve.
[7] Tentiginamus, luxuriosus, quasi amans tentiginem.
[8] Tensitare, frequenter tendere.
[9] Tenticula, decipula, fraus, stropha, tegna, deceptio, alterplicitas, complicitas, tergiversatio, dolositas, factio, fucositas.
[10] Tintitare, frequenter tingere.
[11] Tucetum, cibus ex carnis contusione. Persius tucetaque crassa.
[12] Tucetarius, qui facit tuceta.
[13] Tudatus, malleus, unde et tudates vocamus qui habent grossa capita.
[14] Tuditare, cum malleo percutere.
[15] Tusim, minutim, fractim, scissim, laceratim, dilaniatim, carptim, discerptim.

---

**3** I *reg.* I 13 **6** Iuv. VI 129 **11** Pers. II 42

---

**2** theoteta: theotica I theorica $P_1$ / deitas ⟨et theoricus ca cum .i. divinus, et per compositionem hec theodecos dei genetrix, et hec theologia e .i. sermo de divinis, unde thelogus ga gum .i. de divinis loquens⟩ H **3** theoticus: theoricus $P_1$ / divinus ⟨quod et theoricus dicitur⟩ φ **6** adverbium ⟨Trepido das davi tum tu verbum neutrum, inde trepidator, trepidatrix, et trepidatio, et hoc trepidamen nis, et hic et hec trepidabilis et hoc trepidabile, unde trepidabiliter adverbium. **7** *om.* H

Explicit tractatus primus super nonam decimam litteram H

Incipit secundus de eadem H Repetitiones -T- *Mai*

**1-225** *(praeter 3, 4, 13, 25, 48, 68, 215) om.* $M_1$A

**1** Tenellus ⟨valde tener vel⟩ H **2** temetum, vinum, merum *post* ebrietas $P_2$ **3** ⟨Thomum mi .i. incisio, inde per compositionem hic athomus mi quasi sine incisione. (Temulentum *add.* $M_1$A)⟩ Temulentus φ / eam Heli *om.* I / esse ⟨Temulentia ebrietas⟩ $M_1$A *om.* $V_1$H **4-5** *mutato ordine* $P_2$ **4** dicuntur ⟨.i. lamentationes⟩ H **5** venabulum ⟨rete, sagena⟩ H **6** Iuvenalis ... vulve *om.* I *Mai* **7-8** *mutato ordine* $P_1$ **7** Tentiginamus: Tentiginarius $P_2$ **9-10** *om.* $P_2$ **9** complicitas *om.* I / fucositas: fuscositas I ⟨fraudulentia, captio⟩ H **10** Tintitare (*Mai*): Tingutare $V_1P_1$ Tingitare I **11** Tucetum: Tuscetum I / carnis: carne $P_2$ / contusione: contunsione $V_1$I contusa $P_2$ ⟨factus⟩ $P_1$ / Persius / tucetaque crassa *om.* *Mai* tucetaque: tuscetaque I **12** *om.* $P_2$ / Tucetarius: Tuscetarius I / qui ⟨id⟩ I / tuceta (*Mai*): tucetam $V_1$ *om.* I **13** malleus: melleus $P_2$ / vocamus: dicimus I$M_1$A / grossa: crassa H **14** tuditare: tudare $P_2$ **15** scissim, laceratim *om.* I / dilaniatim: laniatim I ⟨cesim⟩ H / carptim, discerptim ⟨dilaceratim⟩ H *om.* I

*589 / 590 M.*

16 Turifex, sacerdos, antistes, presbiter.
17 Turibulum, vas ad recipiendum thus.
18 Tusculum, parvum thus. Plautus ego hoc tusculum emi et has coronas.
19 Turificina, domus ubi thus efficitur.
20 Turidus, fumosus. Ieronimus unusquisque faciem turidam gerit.
21 Tussitare, frequenter tussire.
22 Tigillum, pertica. Iuvenalis pendent anabatra tigillo.
23 Tages, fluvius infernalis.
24 Tiphona, serpens aquaticus. Lucanus avidos tiphonas aquarum.
25 Tuberosus, inflatus, elatus, tumefactus, vesicosus, ampullatus, turgidus, iperbolicus, extollens, superbus, insolens, arrogans, contumax, superciliosus, pompaticus, pomposus.
26 Tophus, lapis asper.
27 Tonstrina, locus ubi tondetur. Plautus in tonstrina ubi sedebam.
28 Tonsula, uncinus ferreus.
29 Tonsitare, frequenter tondere.
30 Tibialia, ocree circa tibias. Iosephus Golias galeam et tibialia habebat erea.
31 Tuberositas, superbia, elatio, extollentia, arrogantia, contumacia, insolentia.
32 Tegulator, tegularius, qui facit tegulas.
33 Tegellaria, venefica super tegulas sacrificans.
34 Techa, scrinium, repositorium, reconditorium.
35 Togilla, parva toga.
36 Teges, parva domus. Iuvenalis nusquam pons et tegetis pars.
37 Tremis, tertia pars solidi.
38 Tremissis quod solidum complet.
39 Turminosus, turgidus.
40 Tumentum, tumor.
41 Tubex, tubicen, tubicinator.

---

18 Plaut. *aul.* 385 20 *cf.* Hier. *in Is.* V 13,8 22 Iuv. VII 46 24 Lucan. VII 156 27 Plaut. *asin.* 343: in tonstrina ut sedebam 30 *non repperi* 36 Iuv. V 8

---

16 presbiter ⟨flamen⟩ H 17-18 *mutato ordine* H 17 recipiendum: incendendum $P_2$ 18 Plautus *om. Mai* / ego ... coronas *om.* $V_1$ 20 Ieronimus ... gerit *om. Mai* / turidam gerit: turidam gerat H gerit turidam I 22-23 *mutato ordine* $P_1$ 22 Iuvenalis ... tigillo *om. Mai* / anabatra: anabrata $V_1$ 23-24 *mutato ordine* H 23 *om.* $P_2$ 24 tiphona: tiphon H / avidos: avidas H 25 *om.* $P_2$ / elatus *om.* $M_1$ / vesicosus ⟨ampullosus⟩ $M_1$A 27 Plautus ... sedebam *om. Mai* 28-29 *mutato ordine* $P_2$ 28 uncinus: uncus I 30 galeam: galeamque $P_2$ 31 *om.* $P_2$ / Tuberositas: Tuberatio $P_1$ / extollentia ... insolentia ⟨.i. inflatio⟩ H *om.* I 32 tegulator tegularius: tegularis $V_1$ 33 venefica: veneficia $P_2$ 35-36 *mutato ordine* H 35 togilla: togula H / ⟨toga⟩ togilla $P_2$ 36-37 *mutato ordine* $P_1$ 36 Iuvenalis ... pars *om. Mai* / et *om.* $P_1$ 38 complet: implet H 40 tumentum: tumen I / tumor ⟨turgiditas⟩ H 41 *post* 36 $P_2$ / tubicinator ⟨tibicen torques, armilla, nauris, dextrochirium⟩ H

590 M.

42 Torosus, superbus.
43 Torquatus, qui fert torquem.
44 Tugurium, domuncula, casa, teges, opella, proseuca, meritorium.
45 Tegna, fraus.
46 Tegnosus, fraudulentus.
47 Tiara, cuculla vel caputium. Ovidius tempora purpureis temptat velare tiaris.
48 Tremulare, trepidare, timere, metuere, formidare, pavere, pavitare.
49 Tremor, timor, formido, metus, trepidatio.
50 Tabelliones, aleones, aleatores, tabellatores.
51 Taberniones, taberne sectatores.
52 Tabernaculum, domus in expeditione vel in deserto manentium.
53 Talassio, vas lanificiis aptum quod et calatus dicitur.
54 Todus, genus parvarum avium.
55 Todillus, admodum parvus.
56 Tutelator, defensor. Martianus hic tutelator fidissimusque germanus.
57 Tutelare, defendere, tueri, patrocinari, defensare, clipeare.
58 Trabaria, navis longa et stricta, que et littorea et caudea dicitur.
59 Tragum, genus navis piscatorie, que et verriculum dicitur.
60 Trabalis, trabes.
61 Tragula, genus teli.
62 Traha, genus vehiculi. Virgilius tribulique traheque pondere rastri.
63 Tumullus, parvus tumulus.
64 Turbulentus, turbatione plenus.
65 Turmella, parva turma, turmula.
66 Tractitare, frequenter tractare.
67 Turbidare, turbationem facere.
68 Turbela, turbatio. Augustinus omnem motum cordis et salum omnesque turbelas.

---

**47** Ov. *met.* XI 181 **56** Mart. Cap. II 152 **62** Verg. *georg.* I 164: tribulaque traheaeque et iniquo pondere rastri **68** Aug. *civ.* VIII 17: omnem motum cordis et salum mentis omnesque turbelas

---

**42-44** *om.* $P_2$ **42** *post* 44 H / superbus ⟨thorositas superbia⟩ H **44** domuncula: parva domus I ⟨parva⟩ $P_1$ / casa *om.* I $P_1$ / meritorium ⟨prostibulum⟩ H **43** *post* 40 $P_1$ **45** *ad* 44 *post* domuncula $P_1$ **47** caputium: capitium I ⟨vel pilleus⟩ H / purpureis *om.* I **48** timere ... pavitare *om.* $M_1A$ / metuere *om.* I / pavere, pavitare ⟨pavescere, expavescere, stupere, tremere⟩ H *om.* I **49** timor ⟨pavor⟩ H / trepidatio ⟨stupor⟩ H **50-51** aleones ... taberniones *om.* I **50** tabellatores ⟨tabellaris⟩ H *om.* $P_2$ **52** manentium *om.* $V_1$ **53** *post* 55 $P_1$ / quod: qui *Mai* **56** defensor ... tutelator *om.* I / Martianus ... germanus *om. Mai* **57** defensare: defendere $P_2$ / clipeare *om.* $P_1$ **58** Trabaria ... trabearia I / et stricta que *om.* $P_1$ **59** *in marg.* H *om.* I / Tragum: Targum $P_1$ / piscatorie: piscatoris $HP_2P_1$ *et s.l.* vel piscatorie H / verriculum: verriculus $P_1$ **60** trabes ⟨trabecula vel trabicula parva trabes⟩ H **61** *om.* $P_2$ **62** Virgilius ... rastri *om.* I *Mai* / tribulique: tribulaque $P_2$ / traheque ⟨et iniquo⟩ $HP_2$ **63** *om.* $P_1$ **66** *om.* $P_2$ **67** Turbidare: Turbitare $V_1$ **68** Augustinus ... turbelas *om. Mai* / omnem *om.* $P_1$ / motum cordis: cordis motum $P_1$ / salum: salos $P_1$

*590 / 591 M.*

69 Triturare, terere.
70 Triones, boves quasi teriones .i. terram colentes, aliquando stelle. Ovidius gelidi caluere Triones.
71 Teretrum, taratrum quod perforat lignum.
72 Terebillum, parvum teretrum.
73 Terebrare, perforare.
74 Tricare, impedire, illaqueare, involvere.
75 Termus, vel teredo, vermis lignum comedens.
76 Trica, pro radice, pro meretrice, pro quolibet impedimento dicitur. Plautus quas mihi tricas.
77 Tritilis, quod facile teritur.
78 Triticum, frumentum, ador.
79 Trapeta, vas in quo aliquid teritur.
80 Trapezeta, nummularius.
81 Terrulentus, terra plenus.
82 Terrulenter, terrene. In decretis rem spiritualem terrulenter querere.
83 Tonsilla, remus, remex, remigium.
84 Tonstrina, locus tondentium.
85 Tonsus, remus. Lucanus et ineritia tonsis equora moture.
86 Tinnire, sonare.
87 Tinnitare, frequenter sonare.
88 Tintinnabulum, campana, nola.
89 Timpanistria, que canit cum timpano.
90 Timpanotria, timpanistria. Plautus timpanotriam amas.
91 Tribunal, sedes tribuni.
92 Tribunicius, pertinens ad tribunum.
93 Tribulis, de eadem tribu. Horatius ut cum pilleolo soleas conviva tribulis.
94 Tributim, de tribu in tribum.

---

**70** Ov. *met.* II 171 **76** Plaut. *Curc.* 613: quas tu mihi tricas **82** Prud. *perist.* X 378: rem spiritualem terrulente querere **85** Lucan. V 448 **90** Plaut. *truc.* 611: tympanotribam amas **93** Hor. *epist.* I 13, 15

---

**69** *post* 63 $P_1$ / terere ⟨arare⟩ H **70** Ovidius ... Triones *om. Mai* / gelidi: calidi $P_1$ / caluere: rapuere $P_1$ **71** Teretrum: Terebrum $P_1$ / taratrum: teratrum I traratrum *Mai* ⟨vel terebrum⟩ $P_2$ **72** Terebillum: Terebellum $HIP_2$ / teretrum: terebrum $P_2P_1$ ⟨vel tereber⟩ I **73** perforare ⟨penetrare⟩ H **75** Termus: Tremus $P_1$ / lignum: ligna $P_1$ **76** Plautus ... tricas ⟨narras⟩ H *om. Mai* **77** Tritilis: Tritile $P_2$ **78-80** *alio ordine* $V_1$ **79** aliquid ⟨ponitur vel⟩ $P_1$ **80** nummularius ⟨Teres teretis, rotundus⟩ H **81-82** *in unum coegit Mai* **81** plenus ⟨vel terrenus⟩ H ⟨unde⟩ *Mai* **82** terrene: adverbium $P_1$ *om.* $V_1I$ / rem ... querere *om. Mai* / terrulenter: terrulentum $P_1$ **83** Tonsilla: Tussilla $P_1$ / remigium: tremigium $P_2$ **84** *om.* $HIP_2$ **85** remus *om.* $P_2$ / Lucanus ... moture *om. Mai* / equora *om.* I / moture *om.* I $P_1$ **86** sonare ⟨concrepare, boare⟩ H **86-87** sonare. Tinnitare *om.* $P_2$ **87** sonare: tinnire $P_1$ **88** nola *om.* $HP_2$ **89** que ... timpano *om.* $P_1$ / que (*Mai*): qui $V_1P_2$ **90** Timpanotria ⟨que notat in timpano⟩ H / timpanistria *om.* $HP_1$ / Plautus timpanotriam amas *om. Mai* **93** *om.* $P_2$ / Horatius ... tribulis *om. Mai*

591 M.

95 Trinarius, trinus.
96 Triens, tertia pars denarii. Iuvenalis nec habet quem porrigat ore trientem.
97 Terniones, trium militum magistri.
98 Trigenus, tricesimus.
99 Trigarium, nomen trium gratiarum.
100 Trilis, triplex. Prudentius consertoque adamante trilicem.
101 Tridental, vas cum tribus pinnis.
102 Trimus, trium annorum.
103 Trimatus, spatium trium annorum.
104 Triremis, navis trino ordine. Horatius quem ducit prima triremis.
105 Triateris vel triatericum, festum Bachi.
106 Triclinium, thalamus vel domus trina sessione ordinata.
107 Trigamus, vir trium uxorum.
108 Triumvir, magister trium virorum.
109 Tressis, tres obolos valens. Persius tressis agaso vapa lippus.
110 Tetrarcha, princeps quarte partis.
111 Tetrarchia, principatus super quartam partem.
112 Trimegistus, ter maximus vel ter sublimatus.
113 Trivium, divisio trium viarum.
114 Triviatim, ubique.
115 Trivia, Diana.
116 Toreuma, torus, lectus. Prudentius veterisque toreumata rore rigantur.
117 Tardiusculus, aliquantulum tardus.
118 Tarditare, sepe tardare.
119 Tormina, tormenta, cruciatus, cruciamina.
120 Toper, cito, protinus.
121 Toral, vestimentum tori. Horatius ne turpe toral ne sordida mappa corruget nares.

---

**96** Iuv. III 267 **100** Prud. *psych.* 125 **104** Hor. *epist.* I 1, 93 **109** Pers. V 75-76 **116** Prud. *psych.* 370 **121** Hor. *epist.* I 5, 22-23

---

**95** *om.* $P_2$ / Trinarius: Trimarius $V_1$I / trinus: trimis $V_1$ **96** *post* 101 $P_2$ / Iuvenalis ... trientem *om. Mai* **97** Terniones: Ternio H / magistri: magister H **98** tricesimus ⟨tricenus⟩ H **99** trium *om.* $P_1$ **100** Trilis: Trilix $P_2$ / Prudentius ... trilicem *om. Mai* **101** pinnis ⟨Tridens ferrum triplex unde caro extrahitur ab olla quod aliter fuscina et fuscinula et creagra dicitur⟩ H **104** Triremis ⟨trieris⟩ H / ordine ⟨remorum⟩ I ⟨remigantium ducta⟩ $P_2$ / Horatius ... triremis *om. Mai* / prima: priva H $P_2$ **105** Bachi ⟨post tres annos celebratum⟩ H **106** ordinata ⟨ut refectorium⟩ $P_1$ **109** Persius ... lippus *om. Mai* / vapa: vasa I **113** *om.* $P_1$ **115** Diana ⟨Hecatee⟩ H **116** lectus ⟨cubile⟩ H / Prudentius ... rigantur *om. Mai* / veterisque: veterique H *om.* $P_1$ **120** *om.* $P_2$ / Toper: Topor I / cito ⟨concito consestim mox⟩ H / protinus ⟨ilico statim protinam ilicet velociter curriculo sestinato sestinanter ocius ocissime celeriter perniciter maturanter perpex perpexanter acceleranter citanter festine actutum citissime continuo⟩ H **121** Toral: Toralis $P_2$ / Horatius ... nares *om. Mai* / sordida mappa *om.* $P_1$ / corruget nares *om.* I$P_2P_1$

*591 / 592 M.*

122 Testacium, locus ubi plurime teste congeruntur.
123 Territare, frequenter terrere.
124 Terribulosus, terrore plenus. Sidonius aut frigore terribulosas.
125 Terribulum, tormentum, tormen, cruciamen, crucium, cruciatus, supplicium.
126 Trifax, Cerberus tres fauces habens.
127 Trenara, carmina lamentatione plena, que etiam trene dicuntur, unde et trenas .i. lamentationes Hieremie dicimus.
128 Turpisculus, aliquantulum turpis.
129 Turritus, excelsus.
130 Tema, materia.
131 Tempestus vel tempestivus, in tempore conveniens. Horatius desine matrem tempestiva sequi.
132 Tempestuosus, tempestate plenus.
133 Tempe, amena loca in planitie.
134 Tesqua, amena loca in silva. Horatius deserta et inhospita tesqua.
135 Talus, vel extrema pars pedis vel tessera.
136 Taxare, numerare, computare, calculare.
137 Taxator, numerator, calculator, computator, compotor.
138 Taxus, arbor venenata.
139 Taxillus, tessera. Pompinius dum contemplor pugnam taxillos perdidi.
140 Talassus, vestigium in luto.
141 Toxicus, venenatus.
142 Tessella, parva tessera. Iuvenalis nulla uncia nobis est eboris aut tesselle.
143 Textrina, locus ubi texitur.
144 Texitare, sepe texere.
145 Textilis vel texilis, quod facile texitur.
146 Temelicus, musicus scenicus.
147 Terme, calida balnea.
148 Tetracolon, quadrimembris sententia.
149 Tapetus, involutus.

---

**124** *non repperi* **131** Hor. *carm.* I 23, 12-13 **134** Hor. *epist.* I 14, 19 **139** Pompon. *atell.* 190 Ribb.³: dum contemplor orcam ... taxillos perdidi **142** Iuv. XI 131-132

---

**122** plurime: multe I **123** *om.* $P_2$ **124** Sidonius ... terribulosas *om. Mai* / terribulosas: terribulosus I **125** cruciatus, supplicium *om.* I **127** Hieremie ⟨prophete⟩ $P_1$ **128** *om.* $P_2$ **129** *om.* I / Turritus: Turcidus $P_1$ / excelsus ⟨sublimis⟩ H **130** Tema: Turriema I **131** Horatius ... sequi *om. Mai* / tempestiva: tempestivam $P_1$ / sequi ⟨Tempestus vel tempestivus⟩ $V_1$ **133** Tempe: Temperie I / in *om.* I **134** amena: inamena $P_2$ / in silva: insula I / Horatius: tesqua *om. Mai* **135** pars *om.* $V_1$ / pedis: pedum I **136-137** *om.* $P_2$ **137** compotor: computor $P_1$ *om.* I **138** venenata ⟨vel bestiola que Anglice brock dicitur⟩ H **139** tessera ⟨talus tessella⟩ H / Pompinius ... perdidi *om. Mai* **140** *post* 53 H **142** Iuvenalis ... tesselle *om. Mai* **143** texitur ⟨sicut tonstrina ubi tondetur⟩ H **144** *om.* $P_2$ **146** Temelicus: Thymelicus *Mai* / scenicus: cenicus $P_1$

150 Tisis, ulceratio pulmonis.
151 Tisicus, in pulmone infirmatus.
152 Togiferium, locus ubi scolastici disputant.
153 Tropus, figura.
154 Topica, argumentorum inveniendorum disciplina.
155 Tropologia et apologia, excusatio.
156 Tesis, positio.
157 Truculentus, sevus, crudelis, crudus, trux, ferox, ferus, feralis, bestius, bestialis.
158 Tirones, novi milites.
159 Tirocinium, novi militis exercitium.
160 Tranare, transnatare.
161 Tantisper, intantum vel interim. Plautus tantisper ego ad ianuam concessero.
162 Tametsi, quamvis.
163 Titanes, gigantes.
164 Titanium, origo gigantium. Virgilius hoc genus antiquum terre Titania patres.
165 Torpidus, piger, segnis et cetera.
166 Tranquillare, pacificare, comere, mitigare, mansuefacere.
167 Tricenus, tricesimus, trigenus, vel ut alii volunt tercentum.
168 Tipicalis, tipicus, figurativus.
169 Tergiversare, in diversas partes vertere vel decipere.
170 Transtra, sedes in navi. Persius cena sit in transtro.
171 Turgor, inflatio.
172 Tergiversator, deceptor, fraudator.
173 Tostus, combustus. Ovidius tostos en aspice crines.
174 Turgiolum, vas inferius grossum.
175 Tectonatus, tecto coopertus.

---

**161** Plaut. *aul.* 666: tantisper huc ego ad ianuam concessero **164** Verg. *Aen.* VI 580: hic genus antiquum Terrae, Titania pubes **170** Pers. V 147 **173** Ov. *met.* II 283

---

**150** Tisis: Phthisis *Mai* **151** Tisicus: Tiscitus $P_2$ Phthisicus *Mai* **152** Togiferium: Trogiferium $P_1$ **153** *post* 155 $P_1$ **156-157** *post* 159 H *post* 153 $P_2$ / positio ⟨Tesiphone furia infernalis que interpretatur positio vocis⟩ H **157** *om.* $P_2$ / ferus *om.* $P_1$ **159** Tirocinium: Tironicium I **160** *om.* $P_2$ / Tranare: Transnare $V_1$ / transnatare: trasnare I tranutare $P_1$ **161** intantum: in tantum H interim $V_1P_2$ *om. Mai* / vel *s.l.* H *om. Mai* / interim: iterim I / Plautus ... concessero *om. Mai* / ego *om.* $P_2$ / ianuam: ianuas $P_1$ / concessero: concussero $V_1$ concessos I **162** *om.* $P_2$ / Tametsi: Tam etsi *Mai* **164-165** *mutato ordine* $P_1$ **164** gigantium: gigantum $IHP_2$ / terre *om.* H / patres: putres H proles *Mai* **165** segnis ⟨socors, desidiosus, remissus, sompnolentus⟩ H / et cetera *om.* $HIP_2$ **166-167** *om.* $P_2$ **166** comere *om.* I / mitigare ⟨mansuescere⟩ I / mansuefacere: mansuetum facere $P_1$ **167** *om.* H **168** figurativus ⟨misticus⟩ H **169** partes ⟨mittere⟩ $P_2$ / ⟨se⟩ vertere H / decipere ⟨defraudare vel defrudare⟩ H **170** Transtra: Transtrum *Mai* / in navi: navis $P_1$ navium H / Persius ... transtro *om. Mai* **171** Turgor: Tumor I / inflatio ⟨turgiditas⟩ H **172** *post* 169 H / fraudator *om.* $P_2$ **173** Ovidius ... crines *om. Mai* / aspice: accipe I **174** Turgiolum: Turgillum $P_1$ / inferius: interus $P_1$ **175** tecto coopertus *om.* I

*593 / 594 M.*

176 Temeson, medius sonus.
177 Terrivola, formidolosus, tumidus, et dicitur terrivola quasi cum terrore volans.
178 Tinnitare, vel tinnipare, sonare, tinnire, crepare, crepitare, bombire, bombizare.
179 Toparca, princeps unius loci.
180 Toparchia, eius principatus.
181 Torminosus, contractus tormine .i. tormento repletus.
182 Toties, vel totiens, frequenter, vel tantis vicibus.
183 Traducare, traducere, extraducere.
184 Tragedia, carmen luctuosum, quia incipit a letitia et finit in tristitiam, cui contrarium est comedia, quia incipit a tristitia, et finit in letitiam.
185 Tragedus, qui tragediam scribit, qui et tragicus dicitur.
186 Tragemata, vilia munuscula vel carmina tragedorum.
187 Transfigere, perforare, translancinare.
188 Transilis, transibilis, quod facile potest transire.
189 Transmissilis, vel transmissibilis.
190 Transgressilis, transgressibilis.
191 Transsuadilis, transsuadibilis.
192 Transmobilis, transmeabilis.
193 Transiliter, transeunter, transitorie, pretereunter, perfunctorie.
194 Triental, tertia pars libre .i. quatuor uncie.
195 Territorium, terra, provincia.
196 Trullixare, planare, levigare.
197 Trutinare, perpendere, advertere.
198 Trutina, lingua libre.
199 Trudes, ferrati fustes, a trudendo .i. a pellendo.
200 Tolus, templi summitas, rotunditas eminens.
201 Timorosus, timore plenus.
202 Tediosus, tedio plenus.
203 Titillare, titubare, vel commovere.
204 Tautones, palpebre inferiores, que et cilia dicuntur.
205 Tauruspera, scarabeus terrestris.
206 Tauma, scriptura, caraxatio.
207 Territabulum, signum ad terrorem incutiendum.

---

**177** formidolosus ... terrivola *om.* I **178** tinnire: tremare $P_1$ / crepitare *om.* I / bombizare ⟨boare⟩ H **180** Toparchia eius: Torparchiamus $P_1$ **181** contractus ⟨tormi .i.⟩ $P_2$ / tormine: termine $P_1$ **182** Toties: Totiens $P_1$ / totiens: quotiens $P_1$ **183** Traducare *om.* $P_2$ / extraducere: extra ducere *Mai* **184** tristitiam: tristitia $V_1P_2$ / letitiam: letitia $V_1P_2$ **185** scribit: facit $P_1$ / dicitur *om.* $P_1$ **187** perforare ⟨tranforare⟩ $V_1$ / translancinare: translanciare ⟨terebrare⟩ H trassire $P_1$ **188** transibilis *om.* H / quod: qui $P_1$ **190** *om.* $P_2$ **191** transsuadibilis ⟨Transuabilis transmeabilis⟩ $P_2$ **192** Transmobilis: Transmolis I Transmebilis H Transuabilis $P_2$ / transmeabilis: transmobilis I **193** perfuctorie *om.* $IP_2$ **196** Trullixare: Trullissare H Trucillire I / planare: pianare I / levigare: levica I **197** Trutinare ⟨librare⟩ H / advertere: animadvertere I *om.* H **199** a pellendo: appellendo $P_2$ **200** eminens *om.* I **201** Timorosus ⟨timoratus⟩ H **202** Tediosus ⟨fastidiosus⟩ H **204-205** *mutato ordine* H **204** que ... dicuntur: scilicet cilia I **206** scriptura *om.* I / caraxatio: carataxio $IP_2$

594 *M.*

208 Tesserarius, qui cum tesseris ludit, qui etiam tabellio, tabellator, tabellarius, taxillarius, dicitur; quia taxillus tessera dicitur.
209 Tipula, vermis aquaticus.
210 Torpedo, pigritudo, pigrities, segnities, torpor, socordia.
211 Tanquor, egritudo, egrimonia.
212 Traduces, propaginationes, origines.
213 Tetragonus, quadrangulus.
214 Translativus, qui cito transit.
215 Transcribere, cum ius nostrum in aliud transit.
216 Translucidus, perspicuus, perspicax, elucidus, conspicuus, conspicax, conspicabundus, effecatus, spectabilis, vernus, vernalis, clarus, luminosus, fulgidus, stelleus, coruscus, gemmeus, prelustris.
217 Triaterica, festa post triennium.
218 Trissare, proprietas hirundinum.
219 Tristega, domus tricamerata, et dicuntur tristega quasi trino ordine stantia.
220 Trifores, tres introitus qui et trivalves dicuntur.
221 Tritilis, quod facile teritur.
222 Tritorium, pavimentum.
223 Tubruces, que tibias tegunt sicut calige.
224 Tuatim, tuo more.
225 Tutulus, vestis qua sacerdos utitur dum turificat.

---

**208** tabellator ⟨dicitur⟩ I / tabellarius *om.* $V_1$ **209** Tipula: Tapula I / aquaticus: aquatilis $P_1$ ⟨Topica inveniendorum argumentorum disciplina⟩ $V_1P_2$ (*cf.* 154) **210-211** *mutato ordine* $P_1$ **210** pigritudo: pigredo $P_2$ / socordia ⟨ignavia pigritia⟩ H **211** Tanquor: Tancor $P_2$ **212** propaginationes: propagationes $P_1$ / origines *om.* $IP_2$ **214** transit *om.* I **215** Transcribere ⟨est⟩ I / cum *om.* $P_1$ / aliud transit: aliud scribere $P_1$ **216** perspicax ... vernalis *om.* I / *inde a* effecatus *distinxit* $V_1$ / effecatus: Teffecatus $V_1$ / vernus: vermis *Mai* / luminosus ... prelustris *om.* I **217** *om.* H / festa post triennium: triennium festa $P_1$ **218** trissare: tessare $P_1$ / hirundinum: hirundinis $P_1$ **219** stantia: stans H **220** *om.* $P_1$ **221** Tritilis: Tritile I / quod: qui $V_1I$ **222** Tritorium: Trutorium $V_1$ **223** Tubruces: Tubrices I Tubinces $V_1$ Tibiunces $P_2$ / que: qui $P_2$ / sicut calige *om.* I / calige: caligei $P_2$ **224** Tuatim: Tutim $P_1$ **225** Tutulus: Tustulus $P_1$

# U - V

*595 / 596 M.*

[1] Terminatis tali modo superioribus sic Grammatica ad consistentes infit poetas: "Gaudete, o informationis Latine discipuli, quia derivationis nostre navim in vicesima littera que est U iam applicantes in illius tractatu tamquam in optato portu cepti laboris ancoram defiximus. [2] Tabescant hinc et infirmentur invidi qui doctrine mee sequaces vel de inconstantia vel de inertia notantes faciles esse aiunt ad aliquid inchoandum, pigros vero et remissos ad perficiendum. [3] Magnum quidem est egregium aliquid incipere prudentis quoque constat animi quomodo aptius illud exequatur sollicite discutere perfecti etiam ingenii approbatur illud licet diutius immoratum ad effectum tandem deducere. [4] Unde patet laudabilius esse quod cum morosa deliberatione ad unguem postremo apte perducitur quam quidem subito et quasi in saltu prorumpit in effectum. [5] Sileant igitur emuli nostri si tamen silere possunt et quicquid ad commune tractatur commodum quia de communi est improbare desistant; nosque patiantur illatratos primum de vigesima littera inchoare tractatum que ut ait Martianus, ore restricto et prominulis labiis exhibetur; et cum sit vocalis in loco consonantis quandoque accipitur." U

[1] **Video** es vidi visum su verbum activum, [2] inde hic et hec et hoc **videns** tis. [3] Videns componitur **evidens** .i. apertus et comparatur evidentior U i

---

5 Mart. Cap. III 261: ore constricto labrisque prominulis exhibetur

---

*prologum om.* $M_1$
Incipit prologus in tractatum primum super vicesimam litteram que est -U- H    Prologus $P_1$
Prologus vigesimae litterae *Mai*

1 informationis: formationis I U: V *Mai* / defiximus: defigimus $P_1$    2 esse *om.* I    3 est: et $P_2$ / constat *om.* A / quomodo: quod id $P_1$ / illud *om.* $P_1$ / discutere: discurrere $P_1$ / licet *om.* I / deducere: perducere $P_1$    4 apte *om.* $P_1$ / perducitur: proditur $P_1$ / quidem: qui I quod *Mai*    5 commodum: commodus $V_1IAP_2$ / illatratos primum *om.* A / littera *om.* I / in *om.* $I\varphi P_1$ / quandoque *om.* H / accipitur. ⟨Explicit prologus⟩ H

Incipit tractatus primus de vicesima littera que est -U- H
1 vidi visum su *om.* I / activum ⟨a quo visio nis et visus ui. Invisibilis invisibile quod componitur invisibilis a quo invisibiliter⟩ $P_1$    2-3 *om.* $P_1$    3 .i. apertus *om.* $P_1$ / evidentior evidentissimus *om.* $M_1$

*596 M.*

evidentissimus, [4] unde **evidenter** evidentius evidentissime adverbia, [5] et hec **evidentia** e .i. apertio vel claritas. [6] Evidens componitur **inevidens** .i. obscurus vel inapertus. [7] Item a video **visus** a um, [8] quod componitur **invisus** .i. odiosus, [9] unde **invise** adverbium, [10] et hec **visio** nis, [11] et hic **visus** ui, [12] et hic et hec **visibilis**, [13] et **visibiliter**. [14] Et componitur **invisibilis**, [15] unde **invisibiliter** adverbium. [16] Item a video **viso** is verbum neutrum, [17] unde **visito** as. [18] Et componitur **inviso** is, [19] et **reviso** is, Terentius reviso quid agant, aut quid captent consilii. [20] Video componitur **provideo** es, [21] unde hic et hec et hoc **providens** tis, [22] unde **providenter** adverbium, [23] et hec **providentia** e, [24] et **providus** a um, [25] unde **provide** adverbium. [26] Et componitur **improvidus**, [27] et **provisus** a um, [28] unde **provise** adverbium, [29] et hec **provisio** nis. [30] Provisus componitur **improvisus**, [31] unde **improvise** adverbium. [32] Componitur etiam video **prevideo** es, [33] **invideo** es, [34] unde hic et hec et hoc **invidens** tis, [35] et inde **invidenter** adverbium, [36] et hec **invidentia** e .i. invidia, [37] et **invidus** a um, [38] unde hec **invidia** e, [39] et **invidiosus** a um, [40] unde **invidiose** adverbium.

U ii [1] **Vivo** is vixi victum tu verbum neutrum, [2] inde **vivus** a um, [3] unde **vive** adverbium, [4] et hoc **vivarium** rii, [5] et hic et hec et hoc **vivax** cis quod comparatur vivacior vivacissimus, [6] unde **vivaciter** vivacius vivacissime adver-

---

**19** Ter. *Andr.* 404

---

**4** *om.* $M_1$ / evidenter evidentius evidentissime: verbalia A *om.* $P_1$ / adverbia. ⟨Item a video viso as ui quod non est in usu, a quo visito as vi activum, a quo visitabilis visitabile. Et componitur video, prevideo, evideo, provideo a quo providus a um, et providentia e. Componitur etiam video invideo es, a quo invidus a um, unde invidia e, et invidiosus a um. Declinamus etiam secundum tertiam coniugationem vido dis quod non est in usu, sed componitur divido is visi sum su, a quo unde etiam dividuus a um, quod componitur individuus. Item a divido divisus a um, quod componitur indivisus. Et a diviso divisivus a um, quod componitur indivisivus. Item a divido divisibilis divisibile, quod componitur indivisibilis, a quo indivisibiliter vel aliter derivatur video. Video es verbum activum, unde videns omnis generis, quod componitur inevidens et comparatur inevidentior inevidentissimus, unde inevidenter inevidentius inevidentissime⟩ $P_1$ *om.* I **5** .i. apertio vel *om.* $P_1$ **6** vel inapertus *om.* $P_1$ **10-11** *om.* $P_1$ **10** nis ⟨et visor ris⟩ H **12** visibilis ⟨et hoc visibile⟩ $V_1$H **13** *om.* φ$P_1$ / visibiliter ⟨adverbium⟩ $V_1$H **15** invisibiliter *om.* $P_2$ / adverbium *om.* I **16** video ⟨hec visio, et hic visus ui⟩ $P_1$ / neutrum ⟨.i. visitare⟩ H *om.* $P_1$ **18** Et: viso $M_1$A / inviso is *om.* $P_1$ **19** is ⟨ambo in uno sensu⟩ H ⟨Statius [*Theb.* I 668] has nunc invisitans artis⟩ $P_1$ / aut ... consilii *om.* $P_1$ / aut quid: quidve φ / captent: captant H / consilii ⟨et a visito hic visitator ris, et hec visitatrix cis, et visitatus a um, et hec visitatio nis⟩ H **21** tis ⟨quod comparatur providentior providentissimus⟩ H **22** providenter ⟨providentius providentissime⟩ H / adverbium: adverbia H *om.* I **25** provide ⟨et improvide⟩ H / adverbium: adverbia H **26** *om.* A$P_1$ / improvidus ⟨improvide adverbium⟩ I φ ⟨et provisor ris⟩ H **28** *om.* A$P_1$ / adverbium *om.* I **29** *om.* $M_1$A **31** *om.* A / adverbium *om.* I **32** es ⟨unde previdens previdentia⟩ I ⟨unde previsus a um, previsio⟩ $P_1$ **36** .i.: et hec H / .i. invidia *om.* $P_1$ **38** *om.* H **39** um ⟨.i. ille cui alius invidet⟩ H **40** adverbium. ⟨Item a video per compositionem hec avidentia .i. cecitas quasi sine visione quod fit cum quod ante oculos habetur queritur qua percussi sunt qui vallabant domum Loth vel Maria Magdalena vel discipuli euntes in Emaus quod etiam acrisia dicitur⟩ $M_1$A

**1** victum tu *om.* $V_1$Iφ **4** rii ⟨quia pisces ibi vivant⟩ H **5** vivacior vivacissimus *om.* φ **6** vivaciter vivacius vivacissime *om.* φ / adverbia: adverbium A

*596 / 597 M.*

bia, [7] et hec **vivacitas** tis, [8] et **vietus** a um .i. vita detritus, Terentius in eunucho hic est vietus vetus senex veternosus. [9] Vivus componitur **quamvivus** .i. valde vivus. [10] Item a vivo hec **vita** e, [11] unde hic et hec **vitalis** et hoc vitale, [12] unde **vitabiliter** adverbium, [13] et hic **vitellus** li .i. moiellus ovi, Horatius in sermonibus marem prohibent callosa vitellum; et alibi volvens aliena vitellus. [14] Et **vito** as, unde verbalia, [15] et **vitabundus** a um .i. vitabilis, [16] et hic **vitatus** ui, unde Horatius in sermonibus sapiens vitatu quidque petitu sit melius causas reddit; [17] et hoc **vitamen** nis. [18] Et componitur **invito** as, [19] unde **invitator**, [20] **invitatus**, [21] **invitatio**, [22] et hoc **invitamen** nis, [23] et **invitus** a um vel invius dicitur a vita per compositionem quasi contra vitam. [24] Componitur etiam vito **devito** as, [25] et **evito** as ambo in uno sensu, [26] et inde **evitabilis**, [27] quod componitur **inevitabilis**, [28] unde **inevitabiliter** adverbium. [29] Item a vivo **victito** as .i. frequenter vivere, [30] et hic **victus** ui, [31] **victuarius** a um .i. pertinens ad victum, [32] quod etiam hic et hec **victualis** et hoc victuale dicitur, Iosephus in XII habunde ministraverunt militibus et camelis victualia. [33] Victus componitur **convictus** in eodem sensu, unde Ovidius tristium quid nisi convictu causisque valentibus essem. [34] Item a vivo hic **vitulus** li eo quod sit vita dignus, [35] et inde **vitulinus** a um, [36] et hec **Vitula** e que aliquando dicitur pro Victoria que dicitur esse dea letitie et ponitur sepe vel pro letitia vel pro festo eiusdem dee, unde Virgilius in bucolicis cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito. Vitulam posuit hic vel pro festo illius dee vel pro exultatione ali-

---

**8** Ter. *eun.* 688: hic est vietus vetus veternosus senex **13** Hor. *serm.* II 4,14: marem cohibent (prohibent *var. l.*) callosa vitellum Hor. *serm.* I 4,57 **16** Hor. *serm.* I 4, 115-116: sapiens, vitatu quidque petitu | sit melius, causas reddet tibi **32** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XII p. 339 *F.*: abunde ministraverunt militibus et elephantis victualia **33** Ov. *trist.* I 8,29: quid, nisi convictu causisque valentibus essem **36** Verg. *buc.* III 77: cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito

---

**8** *post* 10 H / in eunucho *om.* $P_1$ / veternosus: ventuosus A *om.* $IP_1$ **9** valde vivus ⟨semivivus redivivus .i. iterum vivus sed di interponitur causa euphonie. Componitur etiam vivus vivifico as activum, a quo verbalia, et vivificabilis⟩ $P_1$ **11** et hoc vitale *om.* I **12** vitabiliter: vitaliter A *Mai om.* $P_1$ / adverbium *om.* $P_1$ **13** *post* 9 I / moiellus: moellus $P_1$ / ovi ⟨quod meditullium dicitur⟩ $P_1$ / in sermonibus *om.* $P_1$ / marem *om.* $P_1$ / et alibi ... vitellus ⟨invenitur tamen in plurali hec vitellia orum⟩ $M_1A$ *om.* $P_1$ **14** ⟨a vivo⟩ vito $M_1A$ / as ⟨.i. cavere⟩ H **16** ui ⟨.i. vitatio⟩ H / in sermonibus *om.* $P_1$ / sit: scit $P_1$ / causas reddit *om.* $P_1$ **17** *om.* $P_1$ **18** Et: Vito H **19-21** invitator ... invitatio: verbalia φ **19** invitator ⟨invitatrix⟩ H **23** vel ... vitam *om.* $P_1$ / per compositionem *om.* $M_1$ **24** vito: invito $AP_2$ *om.* $P_1$ **25** ambo in uno sensu: idem $P_1$ ⟨.i. cavere⟩ H **26** evitabilis: vitabilis A **27** *om.* A **28** adverbium *om.* I **29** vivo ⟨vivisco cis, et componitur revivo vis a, quo revivisco cis. Item a vivo⟩ $P_1$ / victito: vivito *Mai* / as ⟨verbum frequentativum⟩ H ⟨frequentativum⟩ $P_1$ / frequenter: multum $P_1$ / .i. frequenter vivere: frequentativum φ **32** Iosephus ... victualia *om.* $P_1$ **33** tristium *om.* $P_1$ **35** vitulinus: vitulus I / um ⟨et hoc vitulamen nis⟩ H **36** que: quod $HP_2$ *om.* $IP_1$ / aliquando *om.* $P_1$ / Victoria que dicitur *om.* $P_1$ / esse *om.* $AP_1$ / et ponitur ... dee *om.* I / ponitur sepe vel *om.* $P_1$ / Virgilius ⟨pro festo illius dee posuit dicens⟩ $P_1$ / in bucolicis *om.* $P_1$ / pro frugibus ... dee vel *om.* $P_1$ / vel pro festo illius dee *om.* A / dee *om.* $M_1P_2$ / ⟨et cum vel posuit⟩ pro exultatione $P_1$

*597 / 598 M.*

cuius victorie, [37] hinc etiam **vitulor** aris dicitur .i. letari, unde Titius vitulari inquit dicimus .i. voce letari. [38] Vivo componitur **advivo** is, [39] **convivo** is, [40] unde hic **convictor** ris qui pariter cum alio vivit, unde Horatius in sermonibus nunc quia sum tibi Mecenas convictor; [41] et hic et hec **conviva** qui simul vivit cum alio, [42] unde hoc **convivium** vii, [43] et **convivor** aris, [44] et **convivator**, [45] et **convivatus**, [46] **convivatio**, [47] et hoc **convivatorium** ii, [48] quod etiam **convivorium** dicitur.

U iii [1] **Vireo** es virui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde hic **viror** oris, [3] et hic et hec **viridis** et hoc viride quod comparatur viridior viridissimus, [4] unde **viride** viridius viridissime adverbia, [5] et hec **viriditas** tis, [6] et hoc **virgultum** ti, [7] et hoc **viretum** ti .i. locus viriditate plenus, [8] quod etiam hoc **viridium** dii dicitur, unde Macrobius de Saturnalibus formosa facies viridiorum; [9] et hoc **viridarium** rii .i. virgultum, Ambrosius super Egisippum in octavo pulchritudines solariorum et viridariorum. [10] Item a vireo hoc **vimen** nis, [11] unde **vimineus** a um, [12] et hoc **viminetum** ti .i. locus ubi vimina crescunt, [13] et hec **vibex** cis .i. virga, Persius puteal multa vibice flagellas; [14] et hoc **viburnum** ni .i. minuta virga vel frutex in petrosa terra, Virgilius quantum lenta solent inter viburna cipressi; [15] et **vibro** as .i. iaculari sicut solemus de minuta virga, unde verbalia, [16] et hoc **vibramen** nis, [17] et hec **virga** e, [18] unde hec **virgula** e. [19] Et componitur hic **primivirgius** .i. ille qui primam virgam gestat ante regem. [20] Item a vireo **viresco**, [21] quod componitur **eviresco** is, [22] et hec **vis** vim vi, [23] et pluraliter he **vires** virium. [24] Per compositionem **eviro** as .i. debilitare et dicitur evirare quasi extra vires ponere, Ambrosius super

---

**37** Macr. *Sat.* III 2, 11: Titius ita rettulit: vitulari est voce laetari. **40** Hor. *serm.* I 6, 47: nunc, quia sim tibi, Maecenas, convictor

**8** Macr. *Sat.* I 4, 11 **9** *non repperi* **13** Pers. IV 49: puteal multa cautus vibice flagellas **14** Verg. *buc.* I 25: quantum lenta solent inter viburna cupressi **24** Ambrosius = Heges. III 11,2: saccos paleis repletos ... inciderent saccos, quo vacuati paleis evirare arietis ictum nequirent

---

**37** Titius: invenitur I **39** is: as A **40** convictor ⟨et convictus ui⟩ $P_1$ / ris ... vivit *om.* $P_1$ / pariter: simul φ / in sermonibus *om.* $V_1M_1P_2P_1$ / nunc ... convictor *om.* $P_1$ **41** simul vivit *om.* $P_1$ / cum alio ⟨vel qui socius est in convivio⟩ H *om.* I **43** aris ⟨.i. simul convivium habere⟩ H **44** convivator ⟨et hec convivatrix cis⟩ H **47** ii ⟨locus ubi convivatur⟩ $M_1$A **48** dicitur ⟨.i. domus vel locus ubi convivium celebratur⟩ H

**3** et hic ... viride: et viridis viridis $P_2$ / viridior viridissimus *om.* φ **4** viride *om.* $V_1$H φ / viridius viridissime *om.* φ / adverbia *om.* I **6** ti ⟨.i. viridarium sive gardinum⟩ H **8** quod ... unde *om.* $P_1$ / hoc ⟨viridiarium⟩ H / de Saturnalibus *om.* $P_1$ **9** super Egisippum *om.* $P_1$ / in octavo *om.* $V_1P_1$ **12** hoc *om.* *Mai* **13** .i. virga *om.* I$M_1$A / Persius: Iuvenalis $M_1$A / puteal: puto num I pluteum $P_1$ puteum *Mai* **14** et ... .i. *om.* $M_1$A / minuta: viminea I / terra ⟨unde viburnus a um de vibice factum ponitur tamen pro vibice⟩ $M_1$A / quantum lenta solent *om.* $P_1$ / cipressi: cupressum I ⟨et hoc vibrectum ti locus ubi vibices crescunt⟩ $M_1$A **16** nis ⟨unde verbalia⟩ A **18** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **21** componitur ⟨reviresco cis, et⟩ H eviresco: reviresco $M_1AP_1$ **22** *om.* $V_1$I φ **23** virium ⟨viribus. Et inde⟩ H **24** et dicitur evirare *om.* $P_1$ / Ambrosius *om.* $P_1$ / super Egisippum *om.* $V_1P_1$

*598 / 599 M.*

Egisippum ut falcibus saccos inciderent, quo paleis repleti evirare arietis ictus nequirent; [25] inde **eviratus** .i. debilis, [26] et hec **eviratio**. [27] Item a vireo hic **vir** viri, [28] hic et hec **virilis** et hoc virile, [29] unde **viriliter** adverbium, [30] et **viritim** .i. de viro in virum, unde Alcuinus protinus ascribet vati populoque viritim; [31] et **viratus** a um .i. virilis et fortis vel viro honoratus, unde Iohannes Crysostomus super Matheum mulier virata non facile decipitur; [32] et **virgo** nis dicitur a viro, [33] et **virgineus** a um, [34] et hec **virguncula** e diminutivum, [35] et hoc **virginal** lis .i. secreta illa pars uteri ubi fit conceptio, unde Prudentius de ymnis intactum ab omni crimine virginal; [36] et **virgino** as .i. caste vivere, [37] et componitur **devirgino** as .i. virginitates auferre, et inde verbalia. [38] Dicitur etiam a viro hec **virtus** tis, [39] unde **virtuosus** a um, [40] et **virtuose** adverbium. [41] Et componitur hec **vipera** e et dicitur vipera quasi virtute pariens quia cum parit in ipso partu se ipsam disrumpit, [42] et inde **viperola** e diminutivum, [43] et **vipereus** a um, [44] et **viperinus** a um. [45] Vir componitur hic **triumvir** ri .i. ille qui tres habet viros sub potestate sua, Ambrosius super Egisippum turris Antonia ab Antonio triumviro donata vocatione; [46] et inde hic **triumviratus** ui.i. illius potestas. [47] Componitur etiam **septemvir** qui septem viros habet sub se, [48] et hic **virbius** ii .i. bis vir existens qui scilicet binas habuit uxores vel qui etiam bis fecit facta viro digna. [49] Item a vireo hoc **virus** indeclinabile .i. venenum, [50] unde **virosus** a um .i. venenosus, [51] et **virulentus** .i. veneno plenus, [52] et **virulentia** e .i. veneni cuiuslibet infectio.

[1] **Valeo** es lui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **validus** a um U iv

---

**30** *non repperi* **31** *non repperi* **35** Prud. *perist.* XIV 8 **45** Ambrosius = Heges. I 6,3: postea Antonius fuit, ab Antonio videlicet donata appellatione

---

ut ... nequirent *om.* $P_1$ / falcibus *om.* $V_1$ / repleti *om.* I **25-26** inde ... eviratio: unde eviratus, eviratio debilis $P_1$ **29** adverbium *om.* $IM_1$ **30** viritim ⟨adverbium⟩ HA ⟨adverbia⟩ $IM_1$ / ascribet: ascribit I ascribi $P_2$ / vati: nati H **31** Iohannes Crysostomus *om.* $P_1$ / super Matheum *om.* $V_1P_1$ **32** et ⟨virago etiam dicitur a viro, et⟩ $P_1$ / viro ⟨.i. gaudium viri⟩ $P_1$ **33** um ⟨et virginalis et hoc virginale⟩ I ⟨et hec virginitas, et a virgo⟩ $P_1$ **34** diminutivum *om.* $V_1$ **35** fit conceptio: fetus concipitur $P_1$ / de ymnis *om.* $P_1$ / virginal ⟨hic et hec virginalis et hoc virginale, unde ibi quoque partus virginalis protulit⟩ $P_1$ **37** virginitates: virginitatem HI **38** a ⟨virgine hec virginitas tis, et hic et hec virginalis et hoc virginale, et a⟩ H **39** um ⟨et hec vis⟩ I **40** *om.* I **41** componitur ⟨virtus⟩ $V_1HP_2$ / dicitur vipera: dicitur $P_2P_1$ / virtute: vi I / pariens ⟨vel potius vi⟩ $P_1$ / in ipso partu ⟨ventre nimis distento et disrupto fetibus egredientibus moritur⟩ $M_1A$ *om. Mai* / se ipsam *om.* $M_1AP_1$ / disrumpit: rumpitur $P_1$ *om.* $M_1A$ **42** diminutivum *om.* $V_1$ **45** potestate sua: se $P_1$ / super Egisippum *om.* $V_1P_1$ / Antonia *om.* $P_1$ / donata ⟨est⟩ $P_1$ / vocatione *om.* $P_1$ **46** illius: eius $HP_1$ **47** etiam ⟨triumvir⟩ $V_1$ / viros *om.* I / se: potestate sua H **48** ⟨et semivir decem vir levir .i. sororius⟩ et $P_1$ / existens ⟨vel bis vivens a bios quod est vita⟩ $P_1$ / qui ... uxores *om.* $P_1$ / habuit: habuerit $V_1P_2$ habet $M_1A$ / qui *om. Mai* **50** .i. venenosus *om.* $V_1I$ **51** virulentus ⟨infectus⟩ I / veneno: viro $P_2$ **52** cuiuslibet *om.* φ / infectio: interfectio I

**2** inde ⟨hic et hec et hoc valens tis quod comparatur valentior valentissimus, unde valenter valentius valentissime adverbia, et hec valentia e, et valiturus a um, et hic valor ris, et⟩ H

*599 / 600 M.*

quod comparatur validior validissimus, [3] unde **valide** validius validissime adverbia, [4] et hec **validitas** tis, [5] et **valentulus** a um .i. aliquantulum valens, unde Plautus in cassia obsecro, ut valentula est; [6] et hec **valentia**, [7] et hic **valor**, [8] et hec **valitudo** omnia in eodem sensu. [9] Valitudo componitur **invalitudo**. [10] Validus componitur **invalidus**, [11] unde **invalide** adverbium. [12] Item a valeo **valesco** cis, [13] quod componitur **convalesco**, [14] et **invalesco**, [15] et ab adverbio valide dicitur **valde** per subtractionem unius littere. [16] Valeo componitur **convaleo** es, [17] **invaleo**, [18] **prevaleo**.

U v [1] **Verus** a um comparatur verior verissimus, [2] unde **vere** verius verissime adverbia, [3] et hec **veritas** tis, [4] et **verosus** a um .i. verus, unde Martianus Capella que in argumentum verose assertionis detulerat; [5] inde **verose** adverbium .i. vere. [6] Item ab hoc nomine quod est verus **vero** adverbium, [7] et componitur **enimvero** .i. certe, [8] et **verum** similiter adverbium quod aliquando dicitur pro certe aliquando pro sed. [9] Et componitur **verumtamen** .i. sed, [10] et hoc **veru** in singulari, verua vero et veribus in plurali, Ovidius metamorphoseos in IX pars veribus stridet. [11] Verus componitur **veridicus**, [12] **verificus**, [13] et **severus** .i. satis verus, [14] et **severe** adverbium, [15] et hec **severitas** tis, [16] et **severo** as quod non est in usu. [17] Sed componitur **assevero** as .i. reserare, affirmare, [18] et **persevero** as .i. persistere, [19] unde hic et hec et hoc **perseverans** tis, [20] unde **perseveranter** adverbium, [21] et hec **perseverantia**, et cetera verbalia. [22] Componitur etiam verus **revera** adverbium .i. certe.

---

U iv 5 Plaut. *cas.* 852: opsecro, ut valentulast

U v 4 Mart. Cap. IV 332: quae in argumentum virosae (verosae *var. l.*) assertionis acrimoniaeque detulerat 10 Ov. *met.* VI 646: pars veribus stridunt (stridet *var. l.*)

---

U iv validior validissimus *om.* φ 3 valide validius validissime *om.* φ 5 valens ⟨vel validus⟩ $M_1AP_1$ / in cassia *om.* $P_1$ / obsecro ⟨te⟩ $P_1$ 6-7 *ad* 2 *post* inde H 8 valitudo ⟨valitudinis .i. valentia valor et quandoque ponitur pro infirmitate per antifrasim et scilicet hic tantum dicitur valetudinarius a um .i. infirmus⟩ H ⟨et haec⟩ $M_1A$ / omnia *om.* $V_1H$ 9 *om.* $P_1$ 10 componitur *om.* $V_1$ 15 per subtractionem unius littere: subtracta una littera $V_1$ per sincopam $P_1$ 16 es ⟨prevaleo⟩ A 18 prevaleo ⟨et ab hiis verbalia⟩ H ⟨neutrum, unde prevalidus a um, unde prevalide adverbium⟩ $P_1$

U v 1 verior: verius $V_1H$ / verior verissimus *om.* φ 2 vere verius verissime *om.* φ / adverbia: adverbium φ *om.* I 4 Capella *om.* $P_1$ / que: quod φ / detulerat: protuleras $P_1$ 6 vero: vere $V_1$ 9 componitur ⟨verumptamen vel⟩ H 10 vero et veribus *om.* $P_1$ / veribus: verubus *et s.l.* vel veribus H / ⟨.i. specium gladius⟩ Ovidius H / metamorphoseos *om.* $V_1P_1$ / IX: *quinto* H undecimo A *om.* $P_1$ / stridet: strident $P_1$ 11 veridicus ⟨ca cum .i. vera dicens⟩ H ⟨et verifico as vi neutrum⟩ $P_1$ 12 *om.* $P_1$ / verificus ⟨ca cum .i. vera faciens⟩ H 13 verus ⟨vel sequens verum⟩ $P_1$ 17 assevero ... affirmare *om.* $P_1$ / reserare *om.* H / affirmare *om.* I 19 *om.* φ 21 perseverantia ⟨assevero as asserere⟩ $P_1$ / verbalia ⟨severus secundum quosdam dicitur quasi sequens verum. Est enim rigidus et nihil remittens omnia exequitur prout veritas exigit⟩ H 22 adverbium *om.* $M_1A$

*600 / 601 M.*

[1] **Verto** is verti versum su verbum activum, [2] inde **versus** a um, [3] et hic et hec **versilis** et hoc versile, [4] et **versiliter** adverbium, [5] et **versum** adverbium .i. contra. [6] Et componitur **adversum,** [7] et **verso** as, [8] unde hic et hec **versatilis,** [9] et **versito** as verbum frequentativum. [10] Verso componitur **reverso** as, [11] **converso** as, [12] **diverso** as .i. variare, [13] **tergiverso** as .i. decipere vel in varias partes se convertere, [14] unde **tergiversator,** [15] **tergiversatus,** [16] **tergiversatio.** [17] Item a verto hic **vertex** cis, [18] et hec **vertigo** nis, [19] unde **vertiginosus** qui vertiginem capitis patitur, [20] et hoc **vertibulum** li .i. instrumentum illud unde carbones vertuntur in fornace, [21] et **versutus** a um .i. cautus, quod comparatur versutior versutissimus, [22] unde **versute** versutius versutissime adverbia, [23] et hec **versutia.** [24] Et per compositionem hic et hec **versipellis** et hoc versipelle .i. deceptor qui dum diversis modis decipit quasi se in varias pelles transvertit. [25] Item a verto hic **versus** ui, [26] unde **versiculus.** [27] Et componitur **versificor** aris, [28] unde **versificator,** [29] **versificatus** a um, [30] **versificus,** [31] et **versifice** adverbium. [32] Verto componitur **reverto** is, [33] unde **reversus,** [34] **reversio,** [35] **converto** is, [36] **conversus,** [37] et **conversio,** [38] **subverto,** [39] **subversus,** [40] et **subversio,** [41] **averto,** [42] **aversus,** [43] et **aversio,** [44] **adverto** is .i. intelligere, [45] unde **adversus,** [46] et **adversio,** [47] **perverto** is, [48] unde **perversus** [49] et **perversio,** [50] **everto** is, [51] unde **eversus,** [52] et **eversio,** [53] **diverto** is, [54] unde **diversus** a um, [55] et **diversio,** [56] et hoc **diversorium** rii .i. diversitas viarum vel locus remotus ab alio, [57] et hoc **diverticulum** li .i. ubi una via divertit ab alia quod divortium dicitur, Terentius in eunucho u b i a d i p s u m v e n i d i v e r t i c u l u m , c o n s t i t i . U vi

---

**57** Ter. *eun.* 635: ubi ad ipsum veni, devorticulum constiti

---

**2** um ⟨et hic versor ris⟩ H **5** ⟨et versus⟩ et H / adverbium: adverbia H ⟨ambo in uno sensu⟩ H ⟨conversio as, unde verbalia⟩ A / .i. contra *om.* $AP_1$ **6** *om.* $M_1AP_1$ / componitur: componuntur H / ⟨adversus et⟩ adversum ⟨pro eodem⟩ H **7** *om.* A / as ⟨verbum activum .i. vertere, unde verbalia⟩ H ⟨unde verbalia⟩ $M_1P_2$ **8** versatilis ⟨et hoc versatile, unde versatiliter adverbium⟩ $P_1$

**13** tergiverso as: tergiversor $M_1A$ / decipere: decipio $P_1$ / varias: diversas $M_1P_1$ / se *om.* $P_1$ / convertere: vertere $M_1P_1$ **14** tergiversator ⟨ris .i. deceptor, et hec tergiversatrix cis⟩ H **15** *om.* $P_1$ *Mai* / tergiversatus ⟨us ui, et tergiversatus ta tum⟩ H **16** tergiversatio ⟨Item componitur verso versor aris deponens⟩ $P_1$ **17** hic (*Mai*): haec $V_1IM_1$ ⟨et hec⟩ $P_1$ / cis ⟨.i. externa pars capitis⟩ H **18** nis ⟨.i. capitis infirmitas vel rote volubilitas⟩ H ⟨vel vertigo⟩ $P_1$ **20** li *om.* *Mai* unde: cum quo Iφ quo $P_1$ **21** .i. cautus: callidus $P_1$ *om.* $M_1A$ / versutior versutissimus *om.* $M_1A$ **22** versute versutius versutissime *om.* $M_1A$ / adverbia: adverbium $M_1A$ *om.* $V_1I$ **23** versutia ⟨e .i. cautela⟩ H **24** per compositionem *om.* I / qui dum: quia I / decipit: decipitur A / varias: diversas $P_1$ / transvertit: vertit $P_1$ **26** versiculus ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **27** versificor aris: versifico as $V_1P_2$ ⟨.i. versus facere⟩ H **28** versificator ⟨et versificatrix⟩ H **29** *om.* H / um ⟨versificatio, versificator⟩ I ⟨versificatio⟩ $M_1AP_2$ **30** *om.* $P_1$ **32** is ⟨vel revertor ris, unde hic reversor soris⟩ H **33-34** *om.* $M_1$ **34** reversio ⟨et revertor ris deponens⟩ $P_1$ **36-37** *om.* $M_1$ **37** conversio ⟨et convertor ris⟩ $P_1$ **39-40** *om.* φ **42-43** *om.* Hφ **44** adverto is *om.* H φ / intelligere: intelligo Iφ **45-46** *om.* φ **46** adversio ⟨quod componitur animadverto⟩ $P_1$ **48-49** *om.* $V_1$φ **51-52** *om.* $V_1$φ **53** is ⟨.i. declinare⟩ H ⟨et ab his omnibus verbalia⟩ φ **54-55** *om.* $AP_2$ **56** ab alio: a frequentia populi $P_1$ ⟨ubi aliquis divertit⟩ H **57** in eunucho *om.* $V_1P_1$ / constiti *om.* $P_1$

[58] Per compositionem **diversifico** as, [59] unde **diversificatus**, [60] **diversificatio**, [61] et hoc **diversificamen** nis.

U vii [1] **Vigilo** as verbum neutrum, [2] inde hic et hec et hoc **vigilans** tis, [3] et **vigilanter** adverbium, [4] et hec **vigilantia** e, [5] et hic et hec **vigil** is, [6] unde pluraliter he **vigilie** arum, [7] et hic et hec et hoc **vigilax** cis .i. ad vigilandum paratus, Sidonius in paginis eius v i g i l a x lector inveniet. [8] Vigil componitur **pervigil** .i. valde vigil, [9] unde **pervigiliter** adverbium, [10] et hoc **pervigilium** lii .i. vigilantia, unde Martianus h i e m a l i p e r v i g i l i o m a r c e s c e n t e s. [11] Vigilo componitur **invigilo** as, [12] **evigilo**, [13] **pervigilo**, [14] **advigilo** as, et ab istis verbalia.

U viii [1] **Vereor** vereris veritus sum verbum deponens, [2] inde **veritus** a um, [3] et **verecundus** a um quod comparatur verecundior verecundissimus, [4] unde **verecunde** verecundius verecundissime adverbia, [5] et hec **verecundia**, [6] et **verecundor** aris, [7] unde **verecundatus**, [8] **verecundatio**. [9] Verecundus componitur **inverecundus**. [10] Vereor componitur **revereor**, [11] unde hic et hec et hoc **reverens** tis, [12] et **reverenter** adverbium, [13] et hec **reverentia** e, [14] et **reveritus** a um. [15] Reverens quoque componitur **irreverens** is .i. impudibundus, [16] unde **irreverenter** adverbium, [17] et hec **irreverentia** e.

U ix [1] **Vetus** teris comparatur veterior veterrimus, [2] inde **veterius** veterrime adverbia, [3] et **vetero** as quod non est in usu, [4] sed inde dicitur hic **veterator** is .i. in malis statuendis et inveniendis perseverans, unde Terentius v e t e r a t o r, i m p o s t o r e x c o g i t a t o r. [5] Et componitur **invetero** as, [6] unde

---

U vii 7 Sidon. *epist.* VIII 11, 6 10 Mart. Cap. I 2

U ix 4 Ter. *heaut.* 889; *Andr.* 457

---

58 ⟨et a diversus⟩ per $P_1$ / as ⟨unde diversificator, et diversificatrix⟩ H 61 hoc *om. Mai* / nis ⟨divortium quoque dicitur pro separatione coniugii quia ibi quasi una via divertit ab alia dum vir a muliere mulier a viro separatur⟩ H ⟨Item a verto componitur animadverto .i. cogitare quasi in animo vertere⟩ φ

U vii 1 neutrum ⟨inde hic vigilator, vigilatrix, vigilatus, vigilatio, et⟩ H 2 hic ... tis: verbalia φ 6 arum ⟨hec vigilia e⟩ H 7 eius *om.* $P_1$ 8 .i. valde vigil *om.* I 9 pervigiliter: pervigilanter A 12 ⟨previgilo as⟩ evigilo H *om. Mai*

U viii 1 veritus sum ⟨veritum veritu⟩ H *om.* $V_1IP_1$ / verbum deponens *om.* φ 3 verecundior verecundissimus *om.* φ 4 verecunde verecundius verecundissime *om.* φ / verecundius *om. Mai* 7 unde ⟨hic verecundator, verecundatrix⟩ H ⟨verecundator⟩ φ 16 adverbium *om.* $IP_2$ 17 irreverentia: reverentia $P_1$ / e ⟨veredarius rii .i. palafridus⟩ $P_1$

U ix 1 teris ⟨omnis generis⟩ $P_1$ / veterior veterrimus *om.* φ 2 inde ⟨vetere⟩ I / adverbia *om.* I 3 usu ⟨a quo veterasco cis incoativum⟩ $P_1$ 4 sed ⟨componitur invetero, unde inveterator, et⟩ $P_1$ / Terentius ⟨in eunucho⟩ φ

*602 / 603 M.*

hic **inveterator**, [7] et **inveteratus** a um, [8] et hec **inveteratio** nis. [9] Item ab hoc nomine quod est vetus hic **vetulus**, [10] et hec **vetula**, [11] et **vetustus** a um quod comparatur vetustior vetustissimus, [12] unde **vetuste** vetustius vetustissime adverbium, [13] et hec **vetustas** tis, [14] et **veterosus** a um .i. vetustate plenus, [15] unde **veteranus** a um .i. senex et detritus, unde in vita beati Martini cum vero edictum esset a regibus, ut veteranorum filii ad militiam scriberent. [16] Item ab hoc nomine vetus hoc **veternum** ni .i. infirmitas quelibet quam habent veteres ex consueto sicut est oblivio gravitas guttositas, Virgilius nec torpere diu passus sua membra veterno; et Horatius, cur me funesto properas arcere veterno?, [17] et inde **veternosus** illa infirmitate plenus, unde Terentius in eunucho hic est vietus, vetus, veternosus, senex. [18] Vetus componitur **quamvetus** .i. valde vetus.

[1] **Utor** uteris usus sum verbum deponens, [2] inde **usus** a um, [3] et hic **usus** ui, [4] et hic et hec **usualis** et hoc usuale, [5] unde **usualiter** adverbium, [6] et **usito** as .i. frequenter uti, [7] inde **usitatus**, [8] **usitatio**, [9] **usitatim** adverbium, [10] et hec **usura** e, [11] et hic **usurarius** ii, [12] et hic et hec **utilis** et hoc utile quod comparatur utilior utilissimus, [13] unde **utiliter** utilius utilissime adverbia, [14] et hec **utilitas** tis. [15] Utilis componitur **inutilis**, [16] unde **inutiliter** adverbium, [17] **perutilis**, [18] et **quamutilis** ambo pro valde utilis. [19] Item ab utor hic **uterus** ri, [20] unde **uterinus** a um. [21] Et componitur **couterinus** .i. ex eodem utero progenitus, [22] et hic **uter** utris .i. vas largum et expansum superius. [23] Utor componitur **coutor** ris, [24] unde **cousus** a um, [25] et **abutor** eris, [26] unde **abusus** a um, [27] et hec **abusio** nis, [28] et **abusivus**, [29] et **abusive** adverbium. U x

[1] **Volo** vis verbum anomalum .i. irregulare, [2] inde hec **voluntas** tis, [3] et U xi

---

15 *non repperi* 16 Verg. *georg.* I 124: nec torpere gravi passus sua regna veterno Hor. *epist.* I 8, 10: cur me funesto properent arcere veterno 17 Ter. *eun.* 688

---

6 *om.* $P_1$ / inveterator ⟨inveteratrix⟩ H 8 nis ⟨et inveterasco cis incoativum⟩ $P_1$ 9 vetulus: vetellus φ 10-12 *om.* φ 12 adverbium *om.* I 15 unde: ut A / beati: sancti HIφ / cum ... ut *om.* $P_1$ / ad militiam scriberent: et cetera $V_1P_2$ / scriberent: ascribentur I scribantur $P_1$ 16 quam ⟨quis⟩ $P_1$ / habent: habet $P_1$ / veteres: senes H *om.* $P_1$ / torpere: torpore I / sua: sciam $P_1$ / et Horatius ... veterno *om.* $IP_1$ / properas: properes H 17 veternosus: veterosus I / in eunucho *om.* $V_1P_1$ / hic est vietus *om.* $P_1$ / vetus *om.* $P_2P_1$ 18 .i. valde vetus *om.* $P_1$ / valde *om.* I U ix

1 usus sum *om.* $V_1φP_1$ / verbum deponens *om.* $V_1φ$ 5 adverbium ⟨et hec usualitas⟩ $P_1$ *om.* I 6 *om.* I / .i. frequenter uti: frequentativum $P_1φ$ 7-9 *om.* I 9 usitatim ⟨vel usitate⟩ $P_1$ / adverbium: adverbia $P_1$ 11 et hic usurarius ii: et usurarius a um I / ii ⟨et usitate adverbium, usitatus. Componitur inusitatus, unde inusitate adverbium, et usitatim⟩ H 12 utilior utilissimus *om.* φ / utilissimus: utillimus $V_1H$ 13 utiliter utilius utilissime *om.* φ / utilissime: utillime $V_1H$ / adverbia: adverbium φ *om.* I 16 adverbium ⟨et hec utilitas tis⟩ H *om.* $V_1$ 18 ambo pro valde utilis *om.* $P_1$ 21 progenitus: genitus $P_1$ procreatus H 24 um ⟨cousio⟩ φ 25-27 *om.* A 26 *om.* $M_1$ U x

1 vis ⟨volui velle⟩ H / anomalum ⟨et caret supinis⟩ $P_1$ / .i. irregulare *om.* $P_1$ U xi

**voluntarius** a um, [4] et **voluntarie** adverbium, [5] et hec **voluptas** tis, [6] unde **voluptuosus** a um, [7] et **voluptuose** adverbium, [8] et **volupe** adverbium .i. secundum voluptatem, Terentius bene factum, et volupe est; Plautus in Amfitrione quia pax est inter vos duos, gaudeo, et volupe est mihi. [9] Item a volo hic **vultus** ui, [10] unde **vultuosus** a um .i. tristis, [11] et hic **vopiscus** ci .i. vir nobiliter natus, [12] cui contrarium est hic **spurius** rii .i. ex nobili patre et ignobili matre, [13] et hic **nothus** ti .i. adulter, [14] et hic **mechus** chi in eodem sensu. [15] Volo componitur **nolo**.

U xii [1] **Veneror** aris verbum deponens, [2] inde **veneranter** adverbium, [3] et **veneratus**, [4] **veneratio**, [5] **venerabilis**, [6] unde **venerabiliter** adverbium, [7] et **venerandus** a um, [8] et hec **venus** ris eo quod propter pulchritudinem erat veneranda, [9] et inde **venerius** a um. Dicitur autem venus quandoque pro venustate, Horatius in epistulis decorat Suadela Venusque; [10] et inde **venustus** quod comparatur venustior venustissimus, [11] unde **venuste** venustius venustissime adverbia, [12] et hec **venustas** tis, [13] et **venustulus** a um .i. aliquantulum venustus, Plautus oratione venustula; [14] et **venusto** as, [15] quod componitur **devenusto** as, et ab istis verbalia. [16] Venus componitur **veneripeta** e .i. luxuriosus.

U xiii [1] **Venio** nis veni ventum tu verbum neutrum, [2] inde hic **ventus** ti, [3] unde **ventosus** a um, [4] et hec **ventositas** tis, [5] et **ventuosus** a um .i. vento plenus, [6] et hic **ventulus** li, unde Terentius in eunucho cape flabellum et

---

U xi 8 Ter. *hec.* 857 Plaut. *Amph.* 957-958: iam pax est inter vos duos? | nam quia vos tranquillos video, gaudeo et volupest mihi

U xii 9 Hor. *epist.* I **13** Plaut. *asin.* 223: oratione vinnula, venustula

U xiii 6 Ter. *eun.* 595: cape hoc flabellum, ventulum (et ventulum *var. l.*) huic sic facito

---

U xi **8** Terentius ⟨in ecyra⟩ H ⟨in andria⟩ I / factum ⟨est⟩ I / Plautus ... mihi *om.* $P_1$ / in Amfitrione *om.* $V_1$ / vos: nos HI φ **9** ui ⟨quia voluntas hominis in vultu perpenditur⟩ $P_1$ **13** .i. adulter *om.* $P_1$ **14** et mechus chi ⟨adulter⟩ $M_1$A *om.* $P_1$ **15** nolo ⟨et malo⟩ $P_1$

U xii **1** verbum deponens: verbum commune H ⟨unde verbalia⟩ φ *om.* $P_1$ **2** inde ⟨hic et hec et hoc venerans tis, unde⟩ H **3-4** *om.* φ **4** veneratio ⟨venerationis, et venerandus a um, et hic venerator ris, et hec veneratrix cis⟩ H **6** adverbium *om.* I **8** propter *om.* I **9** venerius: venereus $P_1$ / um ⟨.i. res ad Venerem pertinens⟩ H / in epistulis *om.* $V_1P_1$ / decorat ⟨sua⟩ I / Suadela: suadelia I **10** venustus ⟨a um .i. decorus⟩ H / venustior venustissimus *om.* φ **11** venuste venustius venustissime *om.* φ / adverbia: adverbium φ *om.* I **13** venustula ⟨mitigasti⟩ $P_1$ **14** as ⟨.i. ornare decorare⟩ H ⟨orno⟩ $P_1$ **15** as ⟨.i. quod decorum fuit turpe facere, et convenusto as .i. simul ornare⟩ H ⟨et convenusto⟩ $M_1P_2$ **16** *om.* $P_1$ / veneripeta: venusparta I / luxuriosus ⟨quasi venerem petens. Veneror componitur conveneror raris, unde verbalia⟩ H

U xiii **1** veni *om.* H / verbum neutrum *om.* $M_1$ **2** inde ⟨ventus ta tum cuius neuter tantum in usu est et⟩ H **5** et ventuosus a um *om.* I **6** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ / in eunucho *om.* $V_1P_1$ / cape flabellum et *om.* $P_1$ / flabellum: ventilabrum $V_1$

*604 / 605 M.*

ventulum huic facito, [7] et **ventilo** as .i. dispergere, [8] unde **ventilatus**, [9] **ventilatio**, [10] et hoc **ventilabrum** bri. [11] Et componitur **diventilo** as, [12] et **eventilo** as ambo pro dispergere, et ab hiis verbalia. [13] Dicitur etiam a vento hic **venter** tris quia concipit ventum, [14] unde hic **ventriculus** li, [15] et hoc **ventrale** is .i. zona circa ventrem, [16] sicut **lumbare** circa lumbos, [17] et **renale** circa renes, [18] et hec **venterina** e .i. bestia que fert onus circa ventrem, [19] et **ventricosus** a um .i. grossus, [20] quod etiam **ventruosus** dicitur, Plautus in Amphitrione macilentis malis ruffulis, et aliquantulum ventruosis; item in asinaria ruffulus est, inquit, aliquantulum ventruosus. [21] Item a venio hec **venia** e, [22] unde **veniola** e diminutivum, [23] et **venialis**, [24] unde **venialiter**, [25] et hec **vena** e, [26] unde hec **venula** e, [27] et **venosus** a um .i. venis plenus, Persius est nunc Brisei quem venosus liber Actii. [28] Et hec **venilia** e .i. maris exestuatio que ad litus venit, unde Varro venilia est, inquit, unda que ad litus venit, salacia que ad mare redit. [29] Item a venio **venor** aris, [30] unde **venator**, [31] **venatus**, [32] **venatio**, [33] et hoc **venabulum** li. [34] Venor componitur **convenor** aris. [35] Venio componitur **convenio** is, [36] unde hic et hec et hoc **conveniens** tis quod comparatur convenientior convenientissimus, [37] et **convenienter** convenientius convenientissime adverbia, [38] et hec **convenientia** e. [39] Conveniens componitur **inconveniens**, [40] unde **inconvenienter** adverbium, [41] et hic **conventus** ui dicitur a convenio, [42] unde hic **conventiculus** li, [43] et hoc **conventiculum** li, [44] et hic **convena** e .i. ille qui convenit cum aliis, Ambrosius super Egisippum omnis turba convenarum dum cedentem sequitur campo media circonfusa; [45] et **convento** as .i. simul venire, [46] **advenio** is, [47] inde hic **adventus** ui, [48] et hic et hec **advena** e, [49] et **advento** as .i. advenire, [50] et **adventicius** a um, [51] **invenio** is,

---

**20** Plaut. *asin.* 400: macilentis malis, rufulus aliquantum ventriosus **27** Pers. I 76 **28** Varro] Aug. *civ.* VII 22: Venilia, inquit, unda est, quae ad litus venit; salacia, quae in salum redit **44** Ambrosius = Heges. IV 4,4

---

ventulum: venticulum $P_1$ **8-9** ventilatus ... ventilatio: verbalia φ **8** unde ⟨ventilator, ventilatrix⟩ H **10** bri ⟨.i. vas in quo frumentum purgatur quod aliter dicitur capisterium⟩ H **11** ⟨ventilo⟩ componitur $M_1$ / diventilo: deventilo *Mai* **12** et eventilo as *om.* $P_2$ / et ab hiis verbalia *om. Mai* **13** concipit: accipit I recipit $M_1$A **14** li: a um ⟨Iuvenalis [III 97] infra ventriculum et tenui distantia rima⟩ $P_1$ **18** circa: super H / ventrem ⟨que aliter taxus dicitur⟩ H **20** in Amphitrione *om.* $V_1P_1$ / ruffulis *om.* $P_1$ / item ⟨de eodem⟩ HI / item ... ventruosus *om.* $P_1$ / in asinaria *om.* $V_1$ **21** e ⟨.i. remissio, unde hec veniola e diminutivum, et hic et hec venialis et hoc veniale, unde venialiter adverbium, et hec vena ne⟩ H **22-25** *om.* $V_1HP_2$ **26** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **27** est nunc Brisei *om.* $P_1$ **28** inquit *om.* $P_1$ **30** venator ⟨venatrix⟩ H **31** *om.* $P_1$ **32** venatio ⟨et hic venatus tus tui .i. venatio⟩ H **33** li ⟨.i. rete venatorium quod aliter tenabulum dicitur, et venatorius a um⟩ H ⟨et venatus a um, unde venative⟩ $P_1$ **34** *om.* $P_1$ / aris ⟨unde verbalia⟩ H **36** convenientior convenientissimus *om.* φ **37** convenienter *om.* $AP_2$ / convenientius convenientissime *om.* φ / adverbia: adverbium φ *om.* I **39** inconveniens ⟨et hec inconvenientia⟩ φ **40** *om.* $V_1$φ **42** li ⟨et conventor aris⟩ $M_1$A **43** *om.* $V_1$Iφ / li ⟨diminutiva⟩ $P_1$ **44** convenit: venit $P_1$ / aliis: alio $P_1$ aliquo φ / super Egisippum *om.* $V_1P_1$ / dum cedentem: procedentem $P_1$ / campo media circonfusa: et cetera $V_1P_1$ **45** venire: convenire $AP_2$ **48** et hec *om.* $V_1H$φ **50** um ⟨.i. qui advenit⟩ H

[52] inde **inventus** a um, [53] et hec **inventio** nis. [54] Et componitur **adinvenio** is, [55] **prevenio** is, [56] unde **preventus** a um [57] **subvenio** is, [58] **subventus** a um, [59] **subventio**, [60] **evenio**, [61] **eventus**, ui, [62] **pervenio**, [63] **perventus** a um, [64] et hec **perventio** is, [65] **circumvenio** is, [66] **circumventus** a um, [67] et **circumvente** .i. stricte, [68] et hec **circumventio** is, [69] **provenio** is .i. convenire, [70] unde hic **proventus** ui, [71] **intervenio** is, [72] **interventus**.

U xiv [1] **Ungo** is, [2] vel **ungeo** es unxi unctum tu verbum activum, [3] inde **unctus** a um, [4] hec **unctio** nis, [5] hoc **unguen** nis, [6] hoc **unguentum** ti, [7] unde hic **unguentarius** ii, [8] et hec **unctura** e, [9] et **unctito** as .i. sepe ungere. [10] Item ab ungo hic **unguis** is, [11] unde hec **ungula** e, [12] et **ungulatus** a um, [13] et **uncus** a um .i. curvus, [14] unde hic **uncinus** ni .i. ferrum ad instar falcis curvatum, unde in Amos propheta q u i d  t u  v i d e s  A m o s ?  u n c i n u m  p o m o r u m  e g o  v i d e o ; [15] et inde **unco** as .i. curvare, [16] unde **uncatus** a um, [17] et **uncatio**. [18] Et componitur **adunco** as, [19] **obunco** as, [20] et **redunco** as omnia pro curvare, et ab istis verbalia. [21] Uncus componitur **aduncus** .i. curvus, [22] et **subuncus** .i. aliquantulum curvus [23] **obuncus**, [24] et **reduncus** ambo pro hoc nomine quod est curvus, Ovidius metamorphoseos in IX v i r i b u s  u s u s  a v i s ,  p e n n i s  r o s t r o q u e  r e d u n c o . [25] Ungo componitur **perungo** is, [26] unde **perunctus** a um, [27] et **perunctio** nis, [28] et **perunctim** adverbium, [29] **inungo** is, [30] unde **inunctus** a um, [31] et hec **inunctio** nis.

U xv [1] **Vaneo** es vanui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **vanus** a um

---

U xiv 14 *Am.* VIII 2: et dixi uncinum pomorum 24 Ov. *met.* XII 562

---

**52-53** inde ... nis: unde verbalia φ **52** inde ⟨inventor (*add.* I), inventrix⟩ HI **53** nis ⟨et hoc inventum ti⟩ H ⟨et inventicius a um puer inventus et a matre derelictus⟩ $P_1$ **54** is ⟨.i. escogitare⟩ H ⟨unde adinventio⟩ $P_1$ **56** unde ⟨preventor, preventrix⟩ H / a um: ui $M_1$A ⟨et hec preventio⟩ H **57** is ⟨unde subventor, subventrix⟩ H **58-59** *om.* $M_1$A **60** *om.* I / evenio ⟨nis, unde eventus ta tum⟩ H ⟨unde eventio, et evenit impersonale⟩ $P_1$ **61** *om.* I$M_1$A **63-68** *om.* $P_1$ **65** is ⟨.i. decipere, unde hic circumventor, circumventrix⟩ H **67** circumvente ⟨adverbium⟩ HI / stricte ⟨vel deceptorie⟩ H **69** convenire: convenio $P_1$ evenire H *om.* φ **70** *om.* φ / ui ⟨et hec provenio nis⟩ H ⟨et proventum ti⟩ $P_1$ **71** is ⟨.i. intercedere pervenio is, unde perventus a um⟩ $V_1$ ⟨.i. orare, unde hic interventor, interventrix, interventus, et hec interventio nis, et hic interventus tus tui, obvenio *nis*, *devenio nis*, *revenio nis*, et ab *istis verbalia*⟩ H ⟨.i. *intercedere*, unde interventor interventio⟩ I **72** *om.* π / interventus ⟨interventio, supervenio, devenio, circumvenio. Item a venio avena e quia cito venit⟩ $P_1$

U xiv **2** vel ungeo es *om.* φ$P_1$ / ungeo: unguo I / es unxi unctum tu: unguis I **3** um ⟨et hic unctor toris, et hec untrix cis⟩ H **5** nis ⟨.i. unctio⟩ H **7** ii: a um $P_1$ **9** .i. sepe ungere: frequentativum $P_1$ **11** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **14** in *om. Mai* / q u i d ... A m o s *om.* $P_1$ **16-17** uncatus ... uncatio: verbalia φ **16** unde ⟨hic uncator, uncatrix⟩ H **19** *om. Mai* **21** .i. curvus *om.* $P_1$ **22** curvus: curvatus *Mai* **24** metamorphoseos in IX *om.* $V_1P_1$ / IX: IIX $M_1$ / viribus usus avis *om.* $P_1$ **28** *om.* $P_1$

U v **1** supinis ⟨usus gratia⟩ $P_1$

*606 M.*

quod comparatur vanior vanissimus, [3] unde **vane** vanius vanissime adverbia, [4] et hec **vanitas** tis, [5] et **vanesco** cis, [6] quod componitur **evanesco**, [7] et **vanidus** a um, [8] quod componitur **evanidus** .i. vanus, Ovidius pectoraque in tenues abiere evanida rivos. [9] Vanus componitur **vaniloquus**, [10] unde hoc **vaniloquium**, [11] et **vanidicus** a um. [12] Vaneo componitur **evaneo**.

[1] **Vado** is pergere verbum neutrum et caret supinis, [2] inde hoc **vadum** di, [3] et **vadulum** li, [4] et **vadosus** a um, [5] et **vador** aris, [6] vel **vado** as. [7] Et componitur **pervado** as, [8] et **transvado** as et ab istis verbalia, [9] item a vado hic **vas** dis.i. obses, [10] unde hoc **vadimonium** ii, [11] dicimus etiam hoc **vas** sis, [12] unde **vasatus** a um .i. amplus et expansus, [13] et hoc **vasculum** li, [14] et hoc **vatillum** li .i. parvum vas, unde Marbodus que solis radiis in aqua subiecta vatillo. [15] Vado componitur **invado** is, [16] unde **invasor** oris, [17] et **invasus** a um, [18] et **invasio** is, [19] **pervado** is, [20] unde **pervasor** oris, [21] et **pervasus** a um, [22] et **pervasio** onis, [23] **evado** is, [24] **evasus**, [25] **evasio**. U xvi

[1] **Vicis** vicem a vice nomem triptotum .i. tres casus habens in singulari, [2] inde hec **vicissitudo** is, [3] unde **vicissitudinarius** a um, [4] et **vicarius** a um .i. vicem domini agens, [5] et **vicissim** adverbium, [6] quod etiam aliter dicitur **vicatim**, Horatius in odis nos turba vicatim hinc et hinc saxis. [7] Vicis componitur **invicem**, [8] et **adinvicem**, [9] et **vicecomes**, [10] et **vicedominus**. U xvii

---

8 Ov. *met.* V 435: pectoraque in tenues abeunt evanida rivos U xv

14 *non repperi* U xvi

6 Hor. *epod.* V 97: vos turba vicatim hinc et hinc saxis U xvii

---

2 vanior vanissimus *om.* φ 3 vanius vanissime *om.* $M_1$ / adverbia: adverbium $M_1$ 5 cis ⟨incoativum⟩ $P_1$ 8 .i. vanus *om.* $P_1$ / pectoraque: pecoraque $M_1$ / pectoraque in tenues *om.* $P_1$ 12 evaneo ⟨unde verbalia⟩ I U xv

1 is ⟨vadi⟩ H ⟨vadivi mutat preteritum⟩ $P_1$ / pergere *om.* $P_1$ 3 vadulum: vadiolum $P_1$ / li ⟨diminutivum⟩ $M_1P_1$ 4 um ⟨.i. vadis plenus⟩ H 8 et transvado as *om. Mai* 9 dis ⟨vel ut quidam volunt hic vades is⟩ H / .i. obses ⟨quia eo dato vadimus⟩ $P_1$ *om. Mai* 12 et expansus *om.* $P_1$ 13 li ⟨parvum vas⟩ $M_1$A 14 et hoc vatillum li *om.* I / vatillum: vasillum $P_1$ / .i. parvum vas: similiter $M_1$A diminutivum $P_1$ / unde ... vatillo *om.* $P_1$ / que: quod $HP_2$ / subiecta vatillo: subiectum vasculo I 17-18 *om. Mai* 19-20 *om.* $IP_1$ *Mai* 21-22 *om.* $IAP_1$ 23 is ⟨unde evasor⟩ H φ 24-25 *om.* $V_1$I U xvi

1 a *om.* $IP_1$ / nomen ⟨femininum⟩ H / .i ... .singulari *om.* $P_1$ 4 um ⟨ambo in uno sensu⟩ H / agens ⟨et viciem⟩ $P_1$ 6 quod etiam aliter dicitur *om.* $P_1$ / vicatim ⟨adverbium⟩ $P_1$ / in odis *om.* $V_1P_1$ / nos: vos *Mai* / hinc et hinc saxis *om.* $P_1$ 7 invicem ⟨adverbium quod componitur⟩ $P_1$ 10 vicedominus ⟨ni vel vicedomnus ni⟩ H ⟨item a vice pluraliter vices ium⟩ $P_1$ U xvii

*607 M.*

U xviii [1] **Violo** as verbum activum, [2] inde **violator** is, [3] **violatrix** is, [4] **violatus** a um, [5] quod componitur **inviolatus,** [6] et **violatio** is, [7] et hoc **violamen** nis, [8] et hic et hec **violabilis** et hoc violabile, [9] quod componitur **inviolabilis,** [10] et **violentus** a um quod comparatur violentior violentissimus, [11] unde **violenter** violentius violentissime adverbia, [12] et hec **violentia** e, [13] et hic **vispilio** nis .i. sepulcrorum violator, [14] et hic **vispillo** nis .i. raptor qui aliis violentiam ingerit, unde in vita sancti Etmundi m o r e v i s p i l l o n u m p e r d i v e r s a v a g a n t e s; et componitur vispillo ex violentia et pilo quia pilum .i. telum geritur et sic aliis violentia infertur. [15] Item a violo hec **viola** e, [16] et hec **vespa** e .i. quoddam volatile inquietum et violentissimum, [17] unde hec **vespula** e diminutivum.

U xix [1] **Vestio** is vi itum tu verbum activum, [2] inde **vestitus** a um, [3] et hec **vestis** is, [4] et hoc **vestimentum** ti, [5] et hoc **vestiarium** rii, [6] et hoc **vestibulum** li .i. porticus in qua vestimur, [7] et hec **Vesta** e .i. dea virginum, [8] unde hic et hec **vestalis** is, [9] et hec **vestiplica** e .i. mulier que vestes plicat, [10] et hic et hec **vesticeps** pis .i. iuvenis qui barbam iam habere incipit, [11] et componitur **investiceps** .i. qui barba nondum vestitur, [12] qui etiam **investis** dicitur, Macrobius de Saturnalibus R o m a n i p u e r o s e t p u e l l a s i n v e s t e s, c a m i l l o s e t c a m i l l a s, p r e m i n i s t r o s f l a m i n u m e t f l a m i n i c a r u m. [13] Vestio componitur **investio** is, [14] unde **investitus.**

U xx [1] **Uro** is ussi ustum tu verbum activum, [2] inde **ustus** a um, [3] hec **ustio** nis, [4] hec **ustura** e, [5] quod componitur **combustura,** [6] et **ustulo** as, [7] unde

---

U xviii **14** *non repperi*

U xix **12** Macr. *Sat.* III 8, 7: Romani quoque pueros et puellas nobiles et investes camillos et camillas appellant flaminicarum et flaminum praeministros

---

U xviii **1** verbum activum *om.* $P_2$ **6** violatio: inviolatio I **7** violamen: inviolamen I **8** *om.* A / violabile ⟨et violabiliter adverbium⟩ H **9-10** *om.* $P_2$ **9** inviolabilis ⟨et violabiliter adverbium⟩ H ⟨et inde violens tis omnis generis quod non in uno conventu multos magistros audivi negare se audivisse, cum dicat Martianus in prima prosa [I 15] t u n c d i v e r s a u n d a r u m v i o l e n s q u e r a p i d i t a s s i n g u l a s q u a s q u e p e r v a d e n s ubi loquitur de fortuniis⟩ I **10** *violentior violentissimus om.* $M_1$A **11** *violenter violentius violentissime om.* φ / adverbia: adverbium φ *om.* I **13** .i. sepulcrorum violator *om.* φ **14** et hic vispillo nis .i. *om.* φ / ingerit: irrogat $P_1$ / unde ... vagantes *om.* $P_1$ / vispillo *om.* $P_1$ / geritur: ingeruntur H geruntur IA$P_1$ / violentia: violentiam H$P_1$ / infertur: inferunt H$P_1$ ingerunt IA ingeritur $M_1$ ingerit $P_2$ **16** inquietum et *om.* I / violentissimum *om.* $P_1$

U xix **1** itum tu *om.* I **2** um ⟨vestitio⟩ $P_2$ **4** vestimentum: vestimenti *Mai.* **5** rii ⟨et vestitus us ui⟩ $P_1$ **6** vestimur ⟨vel quia vesti domum⟩ $P_1$ **10** .i ... .incipit *om.* $P_2$ / barbam: barba A / incipit: cepit $M_1$A **11** et componitur investiceps .i. *om.* $P_2$ **12** de Saturnalibus *om.* $V_1P_1$ / Romani *om.* $P_1$ / investes *om.* $P_2$ / camillos ... flaminicarum *om.* $P_1$ / flaminicarum: flaminarum HI **14** unde ⟨investor, investrix⟩ H / investitus ⟨et hec investitura re⟩ H$P_1$

U xx **1** ustum tu *om.* I **2** inde ⟨hic ustor ris⟩ H **3** nis ⟨vel uredo dinis .i. nebula urens segetes⟩ $P_1$ **5** *componitur* ⟨comburo is, unde combustus, combustio, et⟩ $M_1$A **6** as ⟨.i. sepe urere⟩ H **7** unde ⟨hic ustulator, et hec ustulatrix⟩ H

*607 / 608 M.*

**ustulatio,** [8] **ustulatus,** [9] et hoc **ustulamen** nis. [10] Ustulo componitur **deustulo** as, [11] et **semiustulo** as, unde Augustinus de civitate Dei in III pontifex sue salutis oblitus, irruens in ignem semustulatus est. [12] Similiter et ustus componitur **inustus,** [13] et **semustus** pro semiustus. [14] Item ab uro hic **urus** ri .i. bos agrestis, [15] et hec **urina** e, [16] unde hec **urinaria,** [17] et hoc **urinarium** .i. vas ad recipiendam urinam, [18] et hec **urtica** e, [19] unde **urtico** as, [20] et inde **urticatus** a um. [21] Uro componitur **peruro** is, [22] unde **perustus** a um, [23] et hec **perustio** nis, [24] **amburo** is .i. circumuro, [25] inde **ambustus** a um, unde Quintilianus de causis tunc facies sentit incendium, cum ambusti defecere gressus, [26] et componitur **reambustus** .i. iterum ustus. [27] Componitur etiam uro **exuro** is, [28] unde **exustus,** [29] **exustio,** [30] **comburo** is, [31] unde **combustus,** [32] et **combustio,** [33] **aduro** is, [34] unde **adustus,** [35] et **adustio.**

[1] **Vicus** ci, [2] inde hic **viculus** li, [3] et **vicinus** a um, [4] unde hec **vicinia** e, U xxi
[5] et hec **vicinitas** tis, [6] et **vicaneus** a um .i. vicinus, [7] et componitur **convicaneus** .i. vicinus quasi de eodem vico, [8] et hec **villa** e dicitur a vico, [9] unde hec **villula** e, [10] et hic **villanus** ni, [11] et hic **villicus** ci, unde in evangelio et laudavit dominus villicum inquitatis; [12] et hic **villus** li .i. floccus de vellere ovis, [13] et **villico** as .i. villas colere, unde in evangelio iam non poteris villicare. [14] Item ab hoc nomine quod est vicus per compositionem hic et hec et hoc **pervicax** cis .i. superbus et importunus sicut solent esse qui agunt causas vicorum, [15] unde **pervicaciter** adverbium, [16] et hec **pervicacia** e .i. superbia vel indignatio.

---

**11** Aug. *civ.* III 8: pontifex suae quondam modo salutis oblitus inruens ea semiustus abripuit U xx
**25** Ps. Quint. *decl.* II 9

**11** Luc. XVI 8: et laudavit dominus vilicum iniquitatis **13** Luc. XVI 2: iam enim non poteris vilicare U xxi

---

**11** de civitate Dei *om.* $P_1$ / in III *om.* $V_1P_1$ / sue ... ignem *om.* $P_1$ **12** inustus ⟨.i. ustus⟩ H **13** pro semiustus ⟨ambo in uno sensu⟩ H *om.* $M_1$ **14** agrestis: silvestris I **16** urinaria: urinula diminutivum $M_1$ **17** urinarium ⟨et hoc urinale lis⟩ $M_1$A / recipiendam: capiendam I *om.* $P_1$ / urinam ⟨factum⟩ $P_1$ **18** e ⟨quia urit tangentem⟩ $P_1$ **19** as ⟨.i. per tactum urtice urere⟩ H **20** inde ⟨hic urticator ris, urticatrix⟩ H / um ⟨urticatio, et hoc urticarium rii .i. locus ubi urtice crescunt⟩ H ⟨urticatio⟩ φ **22** unde ⟨perustor⟩ H **25** inde ⟨ambustor⟩ H / tunc ... cum *om.* $P_1$ / tunc: tua ne H / facies: faves I **26** *om. Mai* **28** unde ⟨exustor⟩ H **30-32** *om.* $M_1$A **30** *om. Mai* **31** unde ⟨comburor⟩ H **32** combustio ⟨et hec combustura re⟩ H **34** unde ⟨adustor⟩ H **35** adustio ⟨inuro ris, unde inustor, inustus, et inustio⟩ H ⟨aduro, unde adustus⟩ $P_2$ U xx

**1** ci ⟨.i. platea sive villula⟩ H **2** li ⟨diminutivum⟩ $HP_1$ **3** um ⟨vicinior vicinissimus, unde vicine vicinius vicinissime adverbia⟩ $P_1$ **5** tis ⟨in uno sensu⟩ H **7** et ... .i. vicinus *om.* $P_2$ / .i. vicinus *om.* $P_1$ **8** vico ⟨vel potius a valle⟩ $P_1$ **9** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **10** *om.* $P_2$ / hic villanus ni: villanus a um $P_1$ **11** ci ⟨in uno sensu .i. ville custos⟩ H ⟨custos ville⟩ $P_1$ ⟨.i. villam colens⟩ φ **12** floccus: locus $M_1$A loc $IP_2$ lac $V_1$ / ovis ⟨unde villosus sa sum .i. spissus et villus plenus⟩ H **13** villas: villam $P_1$ / colere ⟨vel custodire⟩ $P_1$ / unde ... villicare *om.* $P_1$ **14** vicus ⟨vel a vice⟩ $P_1$ / per compositionem *om.* $P_1$ / cis ⟨protervus vicem⟩ $P_1$ / esse *om.* $P_2$ **16** vel indignatio *om.* φ U xxi

U xxii [1] **Varius** a um, [2] inde **varie** adverbium, [3] et hec **varietas** tis, [4] et **varus** a um .i. tortus per sincopam .i. per subtractionem medie littere, Persius cum fallit pede regula varo. [5] Item ab hoc nomine quod est varius **vario** as, [6] unde **variatus**, [7] **variatio**, [8] **variatim** adverbium, [9] et hic et hec **variabilis** et hoc variabile, [10] et per compositionem **vafer** a um .i. cautus et dicitur vafer quasi varia ferens sicut cautus homo qui loquitur variis modis, Persius omne vafer vitium ridenti Flaccus amico tangit. [11] Vario componitur **divario** as, et inde verbalia. [12] Item ab hoc nomine quod est varius hec **varica** e .i. quedam vena in poplite que ex nimio itinere facit turgere poplitem, [13] quod etiam hec **varex** cis dicitur, Macrobius de Saturnalibus dicitur quod cum Cicero iactaret se de exilio humeris reportatum fuisse, ait illi quidam; unde ergo tibi varices?; [14] hinc etiam dicitur **varicosus** a um .i. succiduus .i. cito cadens, Iuvenalis varicosus fiet aruspex; unde Persius dixeris hec inter varicosos centuriones; [15] unde et **prevarico** as per compositionem .i. infringere, [16] unde **prevaricator**, [17] **prevaricatus**, [18] **prevaricatio** is, [19] sicut etiam dicimus **divarico** as .i. diversificare, [20] unde **divaricatus**, [21] **divaricatio**.

U xxiii [1] **Vinco** is vici victum tu verbum activum, [2] inde **victor** oris, [3] **victrix** cis quod in obliquis casibus est omnis generis victricem enim exercitum dicimus et victricia signa, unde Lucanus tollite iampridem victricia tollite signa; [4] et **victus** a um, [5] quod componitur **invictus**, [6] et hic et hec **vincibilis** et hoc vincibile, [7] quod componitur **invincibilis**, [8] et hec **victoria** e, [9] unde **victoriosus** a um, [10] et **victoriose** adverbium, [11] et hic et hec **victorialis** et hoc victoriale, [12] et hec **victima** e que occidi solet propter vic-

---

U xxi **4** Pers. IV 12 **10** Pers. I 116-117 **13** Macr. *Sat.* II 3, 5: ulcisci autem se Cicero videbatur, ut qui respondisse sibi Vatinium meminerat, cum humeris se rei publicae de exilio reportatum gloriaretur, unde ergo tibi varices? **14** Iuv. VI 397 Pers. V 189

U xxiii **3** Lucan. I 347

---

**4** .i. ... littere *om.* φ $P_1$ / pede *om.* I **5** varius: varus $V_1$ **6** unde ⟨variator, variatrix⟩ H **9** variabile ⟨quod componitur invariabilis⟩ $P_1$ **10** quasi ⟨valens in foro vel⟩ $P_1$ / omne: cum $P_1$ / vitium *om.* I / ridenti ... tangit *om.* $P_1$ / Flaccus (*Mai*): Flacco $V_1$ **12** poplite ... turgere *om.* $P_1$ / poplitem ⟨vel varica est vena que reddit hominem curvum⟩ $P_1$ **13** hec ⟨varix vel⟩ I / de Saturnalibus *om.* $V_1P_1$ / dicitur ... quidam *om.* $P_1$ / dicitur *om.* I / de *om.* I / illi *om.* I / tibi *om.* I **14** fiet: fieri I / unde ... centuriones *om.* $P_1$ **15** infringere: constringere ⟨et praevaricor aris transgredi⟩ $P_1$ **16** prevaricator ⟨prevaricatrix⟩ H **19** sicut etiam dicimus *om.* $P_1$ **20-21** divaricatus, divaricatio: verbalia φ **20** unde ⟨divaricator, divaricatrix⟩ H **21** divaricatio ⟨hic varus ri .i. anellus fustinus qui ponitur in rasello⟩ $P_1$

vxxiii-xxiv *in unum coegit Mai*

U xxiii **1** vici *om.* $V_1$I φ / victum: vinctum $V_1$ **3** dicimus ⟨victricem manum tuam⟩ $P_1$ / et ... iampridem *om.* $P_1$ **5** invictus ⟨unde invictissimus a um, et invictissime adverbium⟩ H **12** occidi solet propter victoriam: offertur pro devitandis vel pro devictis hostibus $P_1$ / propter victoriam: pro victoria A

toriam, [13] et inde **victimo** as .i. sacrificare, [14] unde **victimator**, [15] **victimatus**, [16] **victimatio**. [17] Vinco componitur **devinco** cis, [18] **evinco** cis.

[1] **Vincio** cis vinxi vinctum tu verbum activum .i. ligare, [2] inde hec **vitis** is, [3] inde hec **vitiligo** is .i. vimen cum quo vitis ligatur, unde Martianus scabros dentes vitiliginesque linguarum. [4] Et hoc **vinum** ni, [5] unde **vineus** a um .i. vino imbutus, [6] quod etiam **vinulus** dicitur, unde Plautus oratione vinula venustula. [7] Et hoc **villum** li .i. parvum vinum, Terentius in adelphos aliquo in angulum abeam, hoc villum obdormiscam; [8] et **vinosus** a um .i. vino plenus, Plautus ponens superlativum ait quid opus est verbis? vinosissima est. [9] Et hoc **vinalium** .i. festum vini, Macrobius de Saturnalibus vinaliorum dies Iovi sacratus est. [10] Et **vinolentus** a um .i. vino plenus, [11] et hec **vinolentia** e .i. ebrietas, [12] hic **vinitor** oris qui custodit vinum, [13] et hoc **vinacium** cii .i. posterius vinum, [14] quod et **vinaceum** dicitur et est quasi fex totius vini, [15] et hec **vinea** e, [16] unde hec **vineola** e, [17] et **vindemia** e, [18] unde **vindemio** as .i. vineam putare, [19] unde **vindemiator**, [20] **vindemiatus**, [21] **vindemiatio**. [22] Item a vincio hoc **vinculum** li, [23] et hoc **vinclum** li per sincopam; [24] et **vinculor** aris .i. ligare, unde verbalia, [25] et hec **victima** secundum Ysidorum dicitur a vincio quia vincitur dum ducitur ad immolandum, [26] et hec **vitta** e .i. infula unde ligatur caput sacerdotis, [27] unde **vittatus** um. [28] Vincio componitur **devincio** is, [29] unde **devinctus**, [30] et **devinctio**. U xxiv

